MASTER
NEGATIVE
NO. 93-81310-23

AUTHOR:

BERG, HERMANN

TITLE:

DE PARTICIPII TEMPO-
RUM USU APPIANEO

PLACE:

BONNAE

DATE:

1884

Master Negative #

93-81310-23

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

Berg, Hermann, 1859-
De participii temporvm vsv Appianeo. Dissertatio philologa ... quam ... defendet ... Hermannvs Berg ... Bonnae, ex Caroli Georgi, [1884].
60 p. 23½ cm.

Thesis. Bonn. 1884.

Vol. of theses.

Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35mm REDUCTION RATIO: 11X
IMAGE PLACEMENT: IA (IIA) IB IIB
DATE FILMED: 4-21-93 INITIALS M.D.C.
FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT

AIIM

Association for Information and Image Management

1100 Wayne Avenue, Suite 1100
Silver Spring, Maryland 20910
301/587-8202

Centimeter

Inches

DE PARTICIPII TEMPORVM VSV APPIANEO

DISSERTATIO PHILOLOGA AD RITE OBTINENDOS SVMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES SCRIPTA AMPLISSIMO IN VNIVERSITATE FRIDERICIA GVILELMIA RHENANA PHILOSOPHORVM ORDINI TRADITA QVAM VNA CVM SENTENTIIS CONTROVERSIS DEFENDET DIE XXIII MENSIS FEBRVARII A. MDCCCLXXXIV HORA XII

HERMANNVS BERG
RHENANVS

ADVERSARII CONSTITVTI SVNT

KONRADVS PANZER DR. PHIL
GEORGIVS DE BELOW DR. PHIL.
GVILELMVS BVSCH STVD. PHIL.

BONNAE
EX CAROLI GEORGI TYPOGRAPHEO ACADEMICO

FRANCISCO BVECHELER
EDVARDO LVEBBERT
HERMANNO VSENER
S.

Syntaxis conscribendae ratio est ea, ut singula linguae cuiusdam idiomata per omnia litterarum monumenta persequamur. auctoribus classicis multum iam curae tributum est; posteriorum temporum scriptores adhuc neglecti sunt. itaque ego de participii temporum usu Appianeo quaerere institui, id maxime spectans, ut docerem, quomodo severa illa atque subtilia temporum discrimina confundi essent coepta, ita ut praesens quasi vicarius exstiterit et praeteriti temporis et futuri. duas igitur totius quaestionis feci partes; primum enim exposui, quae ratio intercederet inter praeteriti et praesentis participia, deinde quid interesset inter praesens et futurum. atque eo magis haec quaestio mihi videbatur instituenda, cum ii, qui novissimo tempore Appiani historias tractarunt, magis artis grammaticae severissimas leges quam scriptoris proprietatem secuti esse viderentur.

I

Quae ratio intercedat inter participia praesentis et praeteriti.

Praesens et praeteritum tempus saepe haud longe absunt inter se. nam et praesenti actio sive condicio significatur permanens et perfecto durans quidam rei praeteritae effectus. atque cum saepe nihil intersit, actionem eam quae permaneat exprimi permanentem, iisdem saepe in sententiis aoristus admitti potest. itaque apud Thucydidem legimus: τρόπαιον ἔστησαν VII 34, 7 ὡς νικῶντες, I 54, 1 ὡς νενικηκότες, I 105, 6 ὡς νικήσαντες. cuius usus certi atque angusti fines ab hoc posterioris aetatis scriptore non sunt servati. nam etsi Appianus rerum scriptores Atticos imitatus est, — ex Thucydidis historia eum multos sumpsisse flores unus quisque primo adspectu videbit — tamen etiam poetarum licentias admisit miscens utrumque dicendi genus idemque novissima coniunxit cum antiquissimis, quo quisque tempore vixisset scriptor nihil curans. itaque actio durans non solum expressa est pro permanenti quodam rei praeteritae effectu, ubi 'incidisse rem illam' non refert significari, sed etiam invenitur pro cuiusvis generis actione praeterita. nimirum non omnia verba aeque apta sunt huic usui; multum in ea re valet et ipsa significatio et genus verborum. itaque optimum mihi visum est, totam materiem secundum verborum genera in tres partes distribuere atque in his partibus verba singula considerare.

A. De participiis passivi.

Initium faciamus ab ἡττώμενος — νικώμενος participiis. atque quo melius intellegamus, qua re differat Appianus a scriptoribus classicis, Thucydidis liceat dicendi usum in comparationem vocare. apud Thucydidem ἡττώμενος quattuor locis, praeteritum decem (aor. 4, perf. 6) legitur; νικώμενος novies scriptum est, praeteritum vicies (aor. 17, perf. 3). praesenti condicio victi, praeterito accepta clades (aor.) significatur, unde sunt 'victi' (perf.). ex ipsa rei natura efficitur, praesens maxime quadrare ad structuram attributivam et praedicativam. utroque enim genere participiorum non minus condicio durans quam res cito transiens potest significari. atque primum quidem substantivo praesens attributum est locis duobus V 73, 2 χωρῆσαι ἐπὶ τὸ νικώμενον VII 71, 3 praeteritum saepius invenitur, quippe quo oratio multo fiat significantior II 87, 3. 89, 11 V 73, 3. 91, 1. eodem modo participio praedicativo condicio durans exprimi potest. praesens sex, perfectum tribus exstat locis. coniunctum praesens est cum verbis videndi VII 53, 1 et VIII 25, 4. nimirum iisdem verbis perfectum adhaeret I 63, 1 III 108, 3 V 73, 3. porro I 106, 1 οἱ δὲ νικώμενοι ὑπεχώρουν: significatur qua in condicione sese receperint (cf. Classen). VI 69, 3 τὴν οἰκείαν μὴ βλάψαι ἡσσώμενοι. VI 70, 1 μείζω τὴν ἔκπληξιν μὴ νικωμένους παρέχειν ubi participio qua in re constet infinitivi actio significatur. VII 23, 2 ἐτύγχανον ἤδη νικώμενοι. atque haec quidem duo genera participiorum praesens admittunt. contra appositivum participium et absolutum, ubi agitur de re praeterita semel gesta, necesse est semper sit praeteritum. praesens quinque exstat locis, quibus dicitur de actione iterata ita, ut ex hac repetitione quasi constans quaedam condicio nascatur, maxime ubi translate verba illa adhibita sunt aut in sententiis generalibus condicionali sensu (= quotiens). II 47, 4 τελευτῶντές τε αὐτῶν ἀπέστησαν ὑπὸ τοῦ κακοῦ νικώμενοι. idem fere II 51, 5 τελευτῶντες καὶ οἱ οἰκεῖοι ἐξέκαμνον ὑπὸ τοῦ πολλοῦ κακοῦ νικώμενοι. utroque loco significatur actio iterum iterumque repetita: omnes igitur si spectamus, illud νικᾶσθαι videtur esse actio durans et imperfecta. itaque participium non tam est praesentis quam imperfecti. II 60, 6

χρήμασι δὲ νικωμένου: vincitur quotiens occasio datur = obnoxius. III 38, 7 ἀκοῆς ἡδονῇ ἡσσώμενοι = dediti. sensu proprio I 70, 5 κρατοῦντες . . ἐπὶ πλεῖστον ἐξέρχονται καὶ νικώμενοι ἐπ' ἐλάχιστον ἀναπίπτουσιν: quotiens sunt victores — victi. sed etiam in sententiis generalibus, ubi non condicionem victi sed acceptam cladem premere vult scriptor, usus est aoristo. II 39,3 κρατήσαντές τέ τινας ἡμῶν πάντας αὐχοῦσιν ἀπεῶσθαι καὶ νικηθέντες ὑφ' ἁπάντων ἡσσῆσθαι = quotiens victoriam adepti sunt — cladem acceperunt. translate V 111. 3 πολλοῖς . . ἡσσηθεῖσι τοῦ ῥήματος. nam etsi actio est iterata, tamen ex hac repetitione condicio durans non profluit, immo singulae distinguuntur actiones. (conf. II 87, 3 οὐδὲ δίκαιον τῆς γνώμης τὸ μὴ κατὰ κράτος νικηθὲν . . ἀμβλύνεσται.) at ubi participio appositivo aut absoluto actio una semel gesta exprimitur, praeteritum (aor.) postulatur etiam si translate haec verba adhibita sunt. I 76, 2 ἀρχὴν . . ἐδεξάμεθα . . ὑπὸ τῶν μεγίστων νικηθέντες. nimirum proprio sensu multo frequentius adhibitum est locis duodeviginti: aoristus I 73, 5 νικηθεὶς γὰρ ταῖς ναυσὶν ὡς οὐκέτι.., ἀνεχώρησεν, I 89, 2. 101, 1 II 69, 2. 89, 4 III 115, 6 IV 25, 2. 101, 5 VI 5, 1. 97, 4 VII 5, 3. 6, 3. 48, 6. 87, 6, perfectum I 30, 2 ἡσσημένοι ταῖς ναυσὶν ἀνεχώρησαν ἐπ' οἴκου. II 6, 3 V 73, 1 VI 91, 2. tamen etiam participio appositivo condicio durans significari potest, ubi non tam temporali quam modali vi praeditum est, maxime si particula quadam (ὡς, ἅτε, καίπερ etc.) modalis illa ratio explicatur. apud Thucydidem praeteritum multo praevalet. activorum enim verborum uno ex quinque locis praesens legitur VII 34, 7 τρόπαιον ἔστησαν ὡς νικῶντες. passivorum verborum praesens non exstat; ex duobus enim locis altero IV 73, 3 aoristus, altero VII 40, 2 perfectum scriptum est.

Apud Appianum ἡττώμενος legitur locis triginta quattuor, praeteritum triginta uno (aor. 14, perf. 17); νικώμενος bis, perfectum ter invenitur, νικηθείς non exstat. vel ex hoc exemplorum numero apparet, aliam inter tempora illa apud Appianum intercedere rationem. atque primum quidem sensu praedicativo solus aoristus uno loco exstat 47, 13[1]) δίκην

[1]) paginae versusque editionis sunt Mendelssohnianae.

ἔδοσαν ἡττηθέντες. deinde ubi participium aut substantivo adhaeret aut eius vice fungitur, praesens sex locis invenitur 559, 24. 764, 25. 904, 14. 1036, 4. 1054, 7. durius 781, 15 οὐδὲν ἔτι τῶν ἡσσωμένων ἐς ἀρετὴν αὐτοῦ μεριζόντων: ii quos clade affecit Caesar. perfectum novem locis legitur 38, 25. 79, 2. 163, 21. 227, 27. 248, 19. 376, 8. 578, 5. 666, 20. 1164, 17, aoristus uno 750, 20. restat, ut participium appositivum et absolutum consideremus. actio saepe repetita praesenti significatur 191, 24, item quae eodem tempore gesta est atque actio primaria 654, 11. 745, 7. 788, 15. uno loco 913, 24 ἡττώμενος est 'impar viribus'. sed Appianus praesenti usus est etiam ubi agitur de actione semel gesta, quae antecedit actionem primariam locis sedecim his: 51, 26 συνέπεσον ἐς χεῖρας.. καὶ ἡττώμενοι σφᾶς αὐτοὺς.. διεχρῶντο. 439, 14 συνέβαλε . . καὶ ἡττώμενος ἑαυτὸν ἔκτεινεν. 106, 19 ἐς μάχην συνηνέχθη καὶ ἡττώμενος ἔφυγεν. 115, 8 συνεπλέκετο καὶ ἡσσώμενος ἐς τὸ . . ἀνέστρεφεν. 518, 26 γενομένης . . τινὸς ἱππομαχίας ἡττώμενος αὖθις ἐς τὸ ὄρος ἀνέθορεν. 544, 22 ἀπέστη . . καὶ ἡττώμενος ἐς . . ἐπεφεύγει. 614, 3 ἐπέδραμε . . καὶ . . ἡττώμενος ἔφευγεν. 656, 17 τὸ δὲ λαιὸν ἡττώμενον ἐπὶ τὰς πύλας κατέφυγεν. 673, 21 μάχης . . γενομένης . . ἡττώμενος . . διέπλευσεν. 951, 3 ἑαυτὸν ἐς τὸ ῥεῦμα ἐώθει, ἡσσώμενος δὲ τῶν ἁλιέων περιεγίγνετο. 954, 13 μέχρι πολλαῖς μάχαις ἡσσώμενος . . ἔπεμψεν. ne dicas, actionem significari iteratam, nam ubi πολλάκις — πολύς aut pluralis velut μάχαις etc. additum est, singulae distinguntur actiones. cf. Thuc. I 101, 1. (aliter συνεχῶς.) 976, 4 ἡττωμένου δὲ τοῦ Βρούτου συλλαμβανόμενος ubi Mendelssohn ἡττημένου proposuit. usum translatum percensentibus nobis occurrunt verba Thucydidea 129, 11 οἱ στρατηγοὶ . . ἡσσώμενοι δ' ὑπὸ τοῦ κακοῦ . ., ἄφνω . . ἐκέλευον ἀναζευγνύναι. sed multum interest inter hunc locum et Thucydideos illos II 47, 4. 51, 5. ibi enim agebatur de actione iterum iterumque repetita, hoc loco actio una semel incidens significatur, itaque praeteritum postulamus. idem cadit in 1035, 8—9 πολὺ δ' ἦν ὃ καὶ.. ἑαυτὸ ἐπέτρεπεν, ὑπὸ τῶν συμφορῶν ἡσσώμενον. item 30. 10 μόναις εὐεργεσίαις ἡττώμενοι διαγωνιοῦνταί σοι περὶ τῆσδε τῆς χάριτος (cf. v. 16 ὁτιοῦν ὑβρισθέντες ἀμυνοῦνταί σε) 1091, 12 variae in libris sunt

lectiones: τοῦ στρατηγοῦ . . ὑπὸ δ' ἐσχάτης ἀνάγκης ἡττωμένου inest in V, ex ceteris Mendelssohn ἡττημένου recepit. sed cum Appianus in his exemplis translatis semper praesenti usus sit, non video, cur ab optimi codicis lectione abeamus. atque haec quidem exempla exstant participii praesentis. praeteritum legitur duodeviginti locis: aoristus novem his 52, 3. 113, 12. 331, 7. 380, 2—3. 563, 7. 770, 19. 976, 21. 1078, 22. 1172, 5, perfectum totidem locis 94, 4. 130, 7, 171, 5. 379, 16. 683, 24. 911, 9. 981, 16. 990, 26. 1091, 6. sexies praeterea praesens scriptum est pro futuro exacto, ubi temporalis participii vis mixta videtur cum condicionali: 30, 10 quod antea attuli, 134, 12 ἡσσωμένοις . . πολὺς ὁ κίνδυνος. 228, 9 ὁ ἀγὼν ὅδε κρινεῖ, ἢ δούλην εὐθὺς ἡσσωμένων εἶναι. ib. 11 νικωμένοις μὲν οὐδ' ἀναχώρησις ἔστιν. 908, 8 ὑπερόψεταί με . . ἡττώμενον. 925, 6 εἰ δεήσειεν ἡττωμένους φυγεῖν. equidem non tam durantis quam incidentis actionis desidero notionem. tribus locis aoristus legitur 762, 1. 910, 23. 911, 5—6. denique ubi modalis participio inest vis, praesens praevalet. ὡς particula praesenti addita est 538, 21 ὑποφεύγειν ὥσπερ ἡττωμένους, perfecto 683, 21. 757, 11. huc fortasse referenda sunt participia praesentis tria, quibus οὐδέ particula adhaeret, 531, 24 (οἱ λῃσταὶ) οὐδ' ἡττωμένου . . τοῦ Μιθριδάτου . . ἐπαύοντο. 554, 25 οὐδεμίαν . . ὁδὸν . ., οὐδ' ἡττώμενος, παρέλειπεν. 1050, 23 οὐ γάρ τις αὐτῶν Βροῦτον ἢ Κάσσιον οὐδὲ ἡττωμένους ἀπέλιπεν. ego his locis temporalem desidero notionem: 'ne post cladem quidem Philippensem'. qua ex comparatione efficitur, participium praesentis apud Appianum non solum multo frequentius legi quam apud Thucydidem, sed etiam admissum esse, ubi praeteritum postulatur.

Idem est usus ἐλαττούμενος participii. Appianus tribus locis praesens adhibuit: 579, 6 ἔριδος . . γενομένης ὁ Γράκχος ἐλαττούμενος τὴν χειροτονίαν . . ἀνέθετο. 616, 4 Κοσκώνιος ἐλαττούμενος ἐς Κάννας ὑπεχώρει, quo utroque loco agitur de 'accepta clade'. 124, 5 constans significatur condicio. praeteritum locis duobus 249, 2 (perf.) 409, 17 (aor.) invenitur.

Longe alius est usus ἀδικούμενος participii. qui enim iniuria affectus est, 'patitur iniuriam' donec ei satisfecit adversarius. quam uberrimus igitur est usus praesentis. Thucydides praesenti non minus usus est, ut singulam actionem

semel gestam significaret ut VIII 108, 4 ὁπλίτας ἐσηγάγοντο ἐς τὴν πόλιν ὑπὸ . . ἀδικούμενοι. I 33, 1. 38, 4. 121, 1 III 39, 3. 63, 4 V 89, 1 VI 80, 2. 87, 2, quam ut in universum condicionem constantem aut actionem iteratam exprimeret ut I 34, 1 πᾶσα ἀποικία . . ἀδικουμένη ἀλλοτριοῦται I 77, 4. 86, 2. ib. 4. 120, 3. II 37, 3. 73, 3 III 67, 1. atque cum praesens sedecim locis adhibitum sit, praeteriti duo inveniuntur exempla, perfecti I 123, 2, aoristi III 59, 1, qui loci haud ita multum differunt ab iis, quibus praesens adhibitum est. eadem est frequentia praesentis apud Appianum: exstat enim locis duodecim 22, 19. 102, 22. 451, 4. 453, 12. ib. 23. 492, 23. 583, 2. 944, 7. 993, 11. 1068, 13. ib. 20. ib. 23, cum praeteritum ter legatur. 354, 11. 453, 16. 1096, 1.

Atque haec quidem verba notissima sunt. eadem autem lex cadit in multa verba alia, quorum praesenti actio durans sive constans quaedam condicio exprimitur. cum verbo antecedenti optime conecti potest ὑβριζόμενος, quod octo locis invenitur. 576, 20 ἐκεῖ δ' . . ὑβριζόμενος ὑπὸ . . αὖθις ἐκδραμὼν . . ἔφη. ipsa actio τοῦ ὑβρισθῆναι iam erat perfecta cum loqui coepit. 594, 7. 1146, 16 ἔλεγεν . . φυγεῖν . . ὑβριζόμενος ὑπὸ τοῦ ναυάρχου. eodem sensu aoristus adhibitus est 30, 16, perfectum 829, 18. 917, 12. 940, 19. cetera participii praesentis exempla (485, 22. 818, 13. 877, 2. 920, 12. 1013, 24) huc non spectant. idem dicendum est de verbis similibus καταφρονούμενος, ὑπερορώμενος (ubi translate adhibitum est). cuius utriusque verbi solum praesens legitur locis ternis (at 1027, 9 ὑπεροφθέν sensu proprio) item γελώμενος 683, 14 τριέτης τε ἦν ἤδη . . ὁ πόλεμος, γελώμενος ἐν ἀρχῇ καὶ καταφρονούμενος 'quod antea spretum est bellum'.

Ἀναιρεῖσθαι est 'interfici' et 'interfectum esse'. novem ex quattuordecim locis praesens eos significat, qui 'mortui' sunt, maxime ubi aut substantivi instar est aut substantivo attributum. 339, 18 ἢ τοὺς ὑπολοίπους εὐμενεστέρους ἕξων διὰ τοὺς ἀναιρουμένους. 635, 10 τῶν ἄλλων ἀναιρουμένων ἐκρήμαντο αἱ κεφαλαί. ib. 13 τὸ μύσος (i. e. τὸ κρ. τὰς κεφ.) ἐς τοὺς ἔπειτα . . ἀναιρουμένους περιιόν. ib. 16 τῶν μὲν ἱππέων ἀναιρουμένων λόγος οὐδεὶς ἔτι 'μετὰ τὴν ἀναίρεσιν' ἐγίγνετο. 637, 14 et 651, 11 agitur de sepeliendis 'necatis'.

943, 24 τὰς οἰκίας τῶν ἀναιρουμένων διήρπαζον. sed appositivum quoque invenitur participium 127, 11 τέλος ἀναιρουμένων πολλῶν ἔφυγεν 'multis interfectis'. quin etiam cum ἄρτι particula coniunctum habemus 800, 8 ηὗρεν ἄρτι ἀναιρούμενον, ubi Mendelssohn perfectum proposuit. ceteris locis 121, 20. 165, 14. 417, 23. 482, 14. 764, 3 ἀναιρούμενος verum est praesens. nimirum praeteriti uberior est usus, aoristus enim legitur locis duodeviginti, perfectum viginti tribus.

Διαιρούμενος quinquies scriptum est. 'qui distrahitur' 566, 8 significatur. alio loco 1079, 26 ἐχώρουν . . ἐς τὸν Καίσαρα . . ὡς ἐς οἰκεῖον ἤδη πόλεμον διαιρούμενοι nihil interest, utrum interpretari malis 'cum iam distraherentur' an 'cum iam distracti essent'. ceteris locis tribus 'qui distractus est' notatur. 209, 8 μὴ ἐς πολλὰ διαιρούμενος ὁ στρατὸς ἀσθενέστερος γίγνηται i. e. cum distractus sit. 677, 4 διαιρούμενοι δ' ἐς τοσαῦτα, ὅμως.. ἔπεμψαν. interpretandum esse 'etsi iam distracti essent' ex verbis antecedentibus efficitur. 1088, 4 lacuna exstat, quam explere nequeo ἐπειδὴ δὲ . . ἐς πολλὰ διαιρουμένοις τοῖς πολεμίοις ἀσθενέστερα πάντα ἦν: participium, utrum cum τοῖς πολεμίοις coniungere malis an, sicut fecit Mendelssohn, referre ad Luci Antonii milites, eos significat, qui distracti sunt. praeteritum saepius exstat: aoristus quater, perfectum octies. addi potest 740, 1 ᾔει . . ἐς μέρη πολλὰ διασπώμενος, cum ex. gr. 108, 12. 526, 9 simili in sententia perfectum legatur. apud Thucydidem διαιρεῖσθαι verbi solum perfectum exstat semel II 75, 3 (II 76, 1. V 3, 2 de muro diruto dictum). item διασπώμενος non legitur, at perfectum quinque locis scriptum est VI 98, 3 VII 44, 5. 78, 1 VIII 42, 2. 104, 5. omnino scriptores classici his participiis et praeteriti et praesentis haud frequenter usi sunt, cum structuram passivam studerent vitare. ἀποσκιδνάμενος invenitur ubi agitur de actione iterata 157, 21 τοῖς δ' ἀποσκιδναμένοις μόνοις ἐπιθέμενος. 287, 1. 364, 17. perfectum bis exstat 152, 3. 526, 3. ceterorum verborum similium μερίζεσθαι, διασπείρεσθαι, διαρριπτεῖσθαι, διακρίνεσθαι, χωρίζεσθαι etc. semper adhibita sunt praeterita; raro tamen inveniuntur.

His verbis optime adnecti possunt verba ordinandi. ταττόμενος sexies exstat: 302, 16 ὑπὸ Μανιλίῳ . . ταττόμενος τῆς εὐπειθείας ἔδωκα πεῖραν. 755, 17 Λάκωνες ὑπὸ τοῖς ἰδίοις

βασιλεῦσι ταττόμενοι, quibus locis dicitur de ordine magistratuum; porro ubi agitur de auxiliariis, qui copiis aliis attributi sunt. 136, 2 ἄγων ἐλέφαντας . . καὶ τοὺς συνταςσομένους αὐτοῖς τοξότας. 1060, 9 ἃ μετὰ τῶν συνταςσομένων εἰσὶ μυριάδες ἀνδρῶν. simile 456, 16 συμμαχικὰ δ' ἦγον . . ἐν φάλαγγι ταττομένους. tamen his locis quaestio non est de iis qui attribui solent, sed de certis quibusdam militibus, qui attributi sunt. Thucydides quidem tali in re perfecto usus est VII 77, 4 ὁρῶντες ὑμᾶς αὐτούς, οἷοι ὁπλῖται καὶ ὅσοι ξυντεταγμένοι χωρεῖτε. actio infecta uno loco 188, 17 expressa est. eodem modo ἀναπληρούμενος dicitur de legionibus conpletis 884, 8 ὑπὸ δὲ τῶν νεοσυλλόγων καὶ ταῦτα ἀναπληρούμενα 'ex tironibus suppletae'. 1010, 5 τὸν στρατὸν ἐξετάζουσιν . . ἐγένοντο . . τέλη, . . ἐς δύο που τέλη μάλιστα ἀναπληρούμενα.

'Αφαιρούμενος locis legitur decem. atque primum quidem περιορᾶν, quod Thucydides quidem cum participio aoristi coniungere solet, apud Appianum semper conexum est cum praesenti 577, 12. 1068, 8. 'qui privatus est' quater notatur 824, 9 οὔτε τὰς τιμὰς τοῖς ἀφαιρουμένοις ἐδίδοσαν, cum paulo infra 825, 18 eadem in sententia legatur perfectum. 1014, 2 καὶ τοὺς ἀσύλους εἴδετε τὴν ἀρχὴν.. ἀφαιρουμένους. 1067, 18 καταβοωμένῳ ὑπὸ τῶν ἀφαιρουμένων. 1078, 1 οἱ γὰρ . . τὰ ὄντα ἀφαιρούμενοι . . ἐς αὐτὸν ἐχώρουν. cf. 824, 22. duobus locis 602, 15 ὁ δῆμος ἤχθετο . . ἀφαιρούμενος et 1094, 11 ἔλεος τῶν γεωργῶν . . ἀφαιρουμένων nihil interest, utrum interpretari malis 'cum privati essent' an 'cum privarentur'. condicionali sensu coniuncta cum futuro sunt 817, 17. 818, 4. ἁρπαζόμενος eodem modo adhibitum est 416, 26 τῆς ἀρχῆς ἁρπαζομένης βασιλεὺς οἰκεῖος ὤφθη = regno erepto. λαμβανόμενος semper scriptum est ubi agitur de re iterata 63, 15. 143, 15. 171, 21. 204, 4. 486, 13. 659, 17 τῶνδε οἱ μὲν ἀδοκήτως καταλαμβανόμενοι διεφθείροντο ἔνθα συνελαμβάνοντο.

'Ωθούμενος tredecies scriptum est. octo veri praesentis sunt exempla 103, 3. 184, 25. 284, 5. 300, 18. 316, 12. 457, 5. 489, 8. 521, 13. at ceteris locis condicio durans quae effecta est ex re praeterita significatur 195, 14 ἐξωθούμενοι δ' ὑπὸ τῶν Λιβύων ἐδέοντο χωρίον . . λαβεῖν. 276, 10 οἱ δ' ἐξωθούμενοι . . ᾔτησαν αὖθις εἰπεῖν. nam eos iam eductos fuisse ex verbis insequentibus καὶ ἐσαχθέντες ἔφασαν intellegitur.

285, 6 τοὺς . . ἐξωθουμένους . . ὑπεδέχετο. 301, 8 συνωθούμενος ἐπὶ τὸ τεῖχος ἤδη κατεκρημνίζετο 960, 15 τῶν θυρῶν ἀπωθούμεναι, χαλεπῶς τὴν ὕβριν ἤνεγκαν, ubi participium non potest esse praedicativum propter verba τὴν ὕβριν. atque cum praesens maxime in priore parte historiarum legatur, in bellorum civilium descriptione semper praeteritum adhibitum est: 609, 21 (aor.). 689, 10. 1107, 20. 1184, 11 (perf.).

Ἐλαυνόμενος octo locis legitur, quorum tribus notantur ii qui expulsi sunt. 421, 8 αὐτὸν . . Μιθριδάτης . . ἐξελαυνόμενος τῆς ἀρχῆς . . μετῆγεν . . ἐπὶ Παρθυαίους 'expulsus', etsi paucis versibus post ἐκπεσὼν καὶ ὅδε τῆς ἀρχῆς scriptum est. 821, 9 πλῆθος ἄλλο . . ἔς τε Λιβύην . . ἐλαυνόμενοι διωλώλεσαν 'pulsi'. 841, 5 ἐξελαυνόμενοι δ' ἐκ τῆς ἀγορᾶς μᾶλλόν τε ἠγανάκτουν. cetera participii praesentis exempla 21, 11. 340, 22. 367, 16. 452, 20. 578, 16 huc non spectant. praeteritum undecies invenitur. his verbis addi potest κωλυόμενος. 673, 18 κωλυόμενος δὲ ἐκήρυξεν ἐς τὰ ὅπλα χωρεῖν. 831, 15 κωλυόμενοι . . ἐς τὴν ἀγορὰν αὖθις ἔθεσαν. addi fortasse licet 519, 17 κωλυόμενος δ', ἠγανάκτει, quod participium mihi quidem videtur esse appositivum 'cum impeditus esset'. maluit scriptor condicionem durantem significare, quam ipsum impediendi momentum. aoristus enim uno loco legitur 877, 13 κωλυθεὶς δὲ αὖθις ᾤμωζεν. eodem modo εἰργόμενος adhibitum est, cuius verbi solum exstat praesens 625, 28. 903, 24. 974, 11. item κλειόμενος locis tribus 349, 1. 704, 19. 902, 23, ubi arcendi impediendique notionem exhibet, cum ceteris locis tredecim praeteritum scriptum sit.

Πεμπόμενος duobus locis condicionem durantem pro re perfecta significat. 'mittitur' enim quis, donec pervenit ad locum destinatum. 337, 7 τὴν θεωρίαν . . ἐς τὴν ἑορτὴν . . πεμπομένην οὐκ ἐδέξαντο. 727, 19 καί τι καὶ μέρος αὐτῶν προπεμπόμενον . . ἐκυκλώσατο. ubi praeterea praesens legitur, actio iterata notatur. 360, 17 τὰ στενὰ κρατυνάμενοι τοὺς ἐπιπεμπομένους ὑπὸ τοῦ Καίσαρος διέπαιζον. 552, 23. 880, 22. 1074, 2. uno loco 920, 13 futuri vis inest in praesenti. nimirum praeteritum usitatissimum est Appiano.

Sequitur, ut consideremus verba ea, quorum aoristo non res praeterita, sed initium actionis, perfecto condicio durans

inde orta significatur. maxime huc spectant verba affectuum. ταράττεσθαι verbi participia apud Thucydidem locis leguntur septem. praesens bis exstat VII 3, 3 ὁρῶν . . ταρασσομένους, ib. 84, 4 ἔβαλλον . . ταρασσομένους, quibus locis actionis durantis notio ferri potest. tamen saepius maluit scriptor actionem exprimere incidentem: ortam esse perturbationem (aor.) unde esset perturbatio (perf.). aoristus enim invenitur III 84, 2 IV 96, 3 VII 23, 3 VIII 71, 1, perfectum IV 25, 11. multo saepius Appianus 'ipsam perturbationem' quam 'ortam' significavit. praesenti enim decies, praeterito novies (aor. 8, perf. 1) usus est. omnibus quibus praesens invenitur locis praeteritum admitti potuit 211, 11. 229, 2. 287, 23. 307, 19. 398, 12. 405, 8. 498, 26. 633, 5. 762, 18. 1123, 10. aoristus octo locis invenitur his 98, 18. 385, 10. 401, 13. 406, 15. 457, 22. 587, 15. 882, 26. 1188, 6, perfectum 437, 8. uberior etiam est usus θορυβούμενος participii. quattuordecim enim locis legitur 41, 27. 286, 7. 291, 5. 311, 25. 334, 14. 394, 12. 426, 20. 482, 9. 763, 24. 860, 2. 878, 19. 1065, 8. 1136, 23. 1188, 7. aoristus quattuor locis adhibitus est 98, 20. 540, 14. 589, 6. 596, 21, duobus perfectum 475, 19. 925, 22. huc quoque referenda sunt multa deponentia quae dicuntur passivi. φοβούμενος quattuor locis legitur, φοβηθείς uno 1185, 6 in fragmentis incertis; αἰδούμενος plus triginta locis, αἰδεσθείς bis; semper ἀχθόμενος multis locis. addi potest οἰηθείς, quod semel exstat 400, 22 (nos: zur ansicht gelangt). numeris fere paria sunt participia ἐπαίρεσθαι verbi: ἐπαιρόμενος tredecim, ἐπαρθείς quattuor, ἐπηρμένος octo locis legitur, item ἡδόμενος tredecies, ἡσθείς undecies invenitur. at semper ἐπικλασθείς, καταπλαγείς. ubi aoristi et passivi et medii generis admittuntur, medialis aoristus praevalet, ut ὑποκριθείς tribus locis 167, 7. 393, 20. 972, 18 scriptum est, ὑποκρινάμενος undecim [1]).

---

[1]) Perperam Mendelssohn nonnullis locis praesens proposuit, ubi ὑποκρινάμενος inest in libris. 696, 14 ὑποκρινάμενος δυσχεραίνειν . . ἐξέδραμε et 791, 25 ἐς τὴν φυλακὴν ἐσέβαλον, ὑποκρινάμενοί τι καὶ τῷ Καίσαρι χαρίζεσθαι. est enim aoristus is, quem Curtius appellavit ingressivum (nos: nachdem er den schein angenommen = während er sich stellte). quod quam verum sit, maxime apparet ex aoristis generis passivi: 972, 18 ὑποκριθέντες εἶναι λοχαγοὶ καὶ τοὺς

Cum his verbis optime coniungi possunt nonnulla deponentia passivi, quorum utrum praesens an aoristus adhibeatur, penes scriptorem est. eius generis sunt verba deliberandi et proficiscendi. nihil enim interest, utrum dicere malis ex. gr. ὧν ἐνθυμηθέντες καὶ νεώτερός τις . . ἀξιούτω (Thuc. I 42, 1), an Δηλίους δὲ κατήγαγον . . ἐνθυμούμενοι τὰς . . ξυμφοράς (Thuc. V 32, 1). quaeritur, quod tempus auctor praetulerit. ἐν - προ - θυμούμενος duodevicies, ἐνθυμηθείς bis exstat, ἐν - δια - νοούμενος novies, διανοηθείς non legitur. φιλοτιμούμενος septies, φιλοτιμηθείς semel 612, 4. accedunt verba proficiscendi. ὁρμώμενος, ubi proficiscendi notionem exhibet, apud Thucydidem locis adhibitum est viginti quattuor, aoristus quattuor VI 3, 3 VII 2, 1. 33, 4 VIII 3, 1, perfectum uno IV 14, 1. Appianus solo usus est praesenti duodecies. perfectum quod uno loco exstat 1078, 3 propensos atque concitatos homines significat. ἐπειγόμενος invenitur locis quadraginta tribus, aoristus octo. ubi igitur iisdem in sententiis et praesenti et praeterito uti licuit scriptori, Appianus praesens praetulit.

Reliquum est, ut tractemus participia passiva verborum dicendi. ὁ λεγόμενος, ὁ καλούμενος de rebus solet adhiberi: λεγόμενος locis triginta uno, καλούμενος quadraginta novem. ubi agitur de cognomine homini cuidam imposito, aoristus adhibitus est: κληθείς quinque locis 60, 15. 191, 21. 358, 13. 371, 8. 555, 18, ὀνομασθείς novem 15, 19. 390, 19. 399, 22. 438, 16. 439, 7. 604, 22. 643, 5. 675, 4. 770, 18, προσαγορευθείς tribus 357, 23. 545, 26. 1082, 13. tamen ne in hac quidem lege sibi constat Appianus; quinque enim locis praesens ad-

θεράποντας ἐς στρατιώτας σκευάσαντες διέδραμον = postquam centurionum personas induerunt. item 167, 7. 393, 20. eodem modo aoristus medii adhibitus est 182, 17 ὅδε ὑποκρινάμενος συντίθεσθαι κατεμήνυσεν. 198, 11. 465, 4. 922, 6. 953, 2. 1073, 6. permotus videtur Mendelssohn duobus locis 444. 22 et 705, 5, ubi variae in libris insunt lectiones. 444, 22 ὑποκρινάμενος τότε πρῶτον ᾐσθῆσθαι . . διαδραμὼν ἐδυσφόρει, ubi aoristum O, ceteri praesens exhibent. 706, 5 ἔτι ἔμπνουν . . ἐπανεῖλεν ὑποκρινάμενος οὐ βουλεῦσαι inest in V. utroque loco, cum optimi codices aoristum exhibeant, dubium esse non potest, quin retinendus sit. nimirum praesens eodem modo adhibitum est undecim locis. contra aoristo etiam actiones praeteritae possunt significari ut 813, 22. 922, 6.

missum est, etiam ubi de hominum cognominibus dicitur: λεγόμενος locis duobus 64, 24. 234, 5 (utroque loco Ἄννων ὁ μέγας λεγόμενος), καλούμενος tribus 35, 10. 252, 13. 789, 22. invicem ὀνομαζόμενος de re 1184, 17 in iisdem fragmentis, ubi antea vidimus φοβηθείς contra Appiani consuetudinem scriptum esse. deinceps videndum est, quae ratio intercedat inter καλούμενος et κληθείς - κεκλημένος, ubi vocandi acciendique notionem exhibent, utrum scribere maluerit Appianus: ἦλθε καλούμενος i. e. 'cum vocaretur' an κληθείς i. e. 'cum vocatus esset'. καλούμενος legitur locis sex, quorum uno 613, 9 actio repetita significatur. ceteri in singulam cadunt actionem 594, 13 οἳ δ' αὖθις . . συγκαλούμενοι . . ἐπήεσαν. 638, 8 ἐς τὴν δίκην ἀνακαλούμενοι . . Μερόλας μὲν . . Κάτλος δὲ . . ἑκὼν ἀπεπνίγη. 964, 19. 1077, 3. 1139, 5. praeteritum eodem sensu exstat locis septem: aoristus quattuor 523, 7. 700, 9, 713, 18. 851, 19, perfectum tribus 953, 19. 1059, 9. 1069, 21. similis est usus αἰτεῖσθαι verbi, cuius solum praesens legitur locis tribus 199, 12 ποινὴν αἰτούμενοι διωθοῦντο. 655, 10 ὅθεν ὕστερον ἐξαιτούμενος . . ἑαυτὸν . . διέφθειρεν. 988, 16 actio repetita praesenti significatur. iam consideremus neutra participiorum. τὰ λεγόμενα invenitur locis sedecim. quater 'quae dicta sunt' praesenti notantur 443, 1 πείθεσθαι τοῖς ὑπὸ τῆς συγκλήτου λεγομένοις, ubi non in universum de iussis senatus agitur, sed de certo quodam iussu Prusiae dato. 867, 5 ὡμολόγει τοῖς λεγομένοις eis quae dicta sunt. 945, 19 ὅσα . . ἂν . . πιστεύειν ποιήσειε τοῖς προλεγομένοις. 1023, 5 τοῖς δὲ ἐδόκει τὰ λεγόμενα. ceteris locis duodecim recte praesens adhibitum est. praeteritum saepius legitur: λεχθείς enim novies, λελεγμένος quater, εἰρημένος tredecies invenitur. eodem modo similium verborum praesens positum est pro praeterito inprimis verborum iubendi. ubi de actione saepe repetita agitur, praesentis est locus iustus velut 454, 9 φίλοις ἐς πᾶν τὸ κελευόμενον ἑτοίμοις. at quinque locis praesens certum quoddam iussum significat 21, 20 ὃ δὲ . . ἔφη δεῖν ἢ τὰ κελευόμενα ποιεῖν ἤ. sunt certa iussa antea data. 55, 9 φησὶ τοὺς Οὐσιπέτας . . κελευομένους ἐκπηδᾶν . . φάναι. 455, 13 μηκέτι πρεσβεύειν, εἰ μὴ τοῖς κελευομένοις . . ἐμμένοι. 717, 6 ὑπήκουε μὲν ὡς κελευόμενος. 990, 12 ἣν μὴ θᾶσσον ἀνέχωνται τῶν κελευομένων 'ea quae antea a Cassio erant imperata'. eiusdem ge-

neris unum exemplum προστάττεσθαι verbi exstat 187, 13 ὑποσχόμενοι τὰ προστασσόμενα ποιήσειν. cetera huius verbi participia praesentia actionem iteratam significant. praeteritum προστάττεσθαι verbi non exstat, κελεύεσθαι verbi septies invenitur. eodem modo semper τὰ προτεινόμενα scripsit Appianus. ἀγγελλόμενος tribus locis legitur de re praeterita 298, 14 ἐς δὲ Ῥώμην ἐξαγγελλομένης τῆς τε Πίσωνος ἀπραξίας .. ὁ δῆμος ἤχθετο. 529, 3 ἀπαγγελλομένου δὲ Λευκόλλου προσιέναι .. ὁ Τριάριος .. ἐπεχείρει. 881, 20 ἀπαγγελλομένων δὲ καὶ τῶν .. Καίσαρι πεπραγμένων ἐθορυβεῖτο. διδασκόμενος uno loco fungitur pro praeterito 920, 17 ἡ βουλὴ συνίει μὲν αὐτοὺς ἐς ταῦτα διδασκομένους, cum alias aoristus legatur ut 1069, 18. similiter verba scribendi adhibita sunt duobus locis 910, 4 περὶ δὲ Καίσαρος οὐδὲν ἦν ἐν τοῖς γραφομένοις. 1079, 19 καὶ οὐχ αἱ καταγραφόμεναι .. πόλεις .. μόναι, ἀλλ' ἡ Ἰταλία σχεδὸν ἅπασα ἀνίστατο. agitur de urbibus exercitui ab Antonio et Octaviano promissis ante bellum Philippense.

Maximus est numerus verborum sentiendi, aestimandi etc. velut νομιζόμενος (qui creditur) apud Thucydidem uno loco VII 63, 3, apud Appianum viginti uno legitur, cui numero accedunt aoristi tres. paulo saepius ut 'ea quae in more sunt' significaret, Thucydides hoc participio usus est quattuor locis, Appianus sex. item ἀξιούμενος apud Thucydidem semel invenitur II 81, 4, septies apud Appianum. accedunt aoristi tres, perfecte duo. ἐπαινούμενος semel apud Thucydidem III 57, 1, apud Appianum quater exstat. multa praeterea participia passiva θαυμαζόμενος, καταφρονούμενος, ὑπερορώμενος, κατηγορούμενος, οἰκτιζόμενος omnino non inveniuntur apud Thucydidem. etsi haec quaestio ad genera magis quam ad tempora verborum spectat, tamen mihi non praetermittendum esse censui, hunc Appiani usum paucis exemplis adumbrare, quo melius intellegeretur, quanta esset apud hunc scriptorem participiorum passivorum copia.

Praeterea singula quaedam exstant exempla 313, 15 ἑτέροις .. ἀριστίνδην .. ἐπιλεγομένοις ἐπέβαινεν cum antea v. 13 respondeat χιλίους ἐπιλέκτους .. ἐνεδρεύσας cf. 103, 11. 650, 7 κοπτόμενοι γὰρ .. ἔφευγον, quod simile dictum est atque ἡττώμενοι. 1079, 24 ἐχώρουν δὲ καὶ οἱ κατοικιζόμενοι τῶν στρατιωτῶν εἰς τὸν Καίσαρα 'novi coloni'. 1180, 17 μονούμενος .. ἑαυτὸν .. ἐνεχείρισεν[1]).

B. De participiis medii.

Eiusdem generis multa inveniuntur verba media. in οἴχεσθαι verbo apud omnes scriptores perfecti inesse vim notum est. similiter Appianus ἀφικνούμενος participium adhibuit 988, 1 ἡ (συμμαχία) μετὰ τὸ ἔργον ἀφικνουμένη Συρίαν ἐπέδραμε καὶ ἀνεχώρησεν. Mendelssohn ἀφικομένη proposuit; sed cum idem apud alios scriptores inveniatur (cf. Kuehneri II p. 118 § 382 c), traditam scripturam retineo, etsi aliud exemplum apud hunc scriptorem non exstat.

Γιγνόμενος etiam ante Appiani tempora admissum est pro γενόμενος sive ὤν velut in Philippi Opuntii epinomide p. 973 B πολλοὶ γὰρ δὴ προστυχεῖς τῷ βίῳ γιγνόμενοι τὸν αὐτὸν λόγον φέρουσιν i. e. postquam participes facti sunt. ib. 974 E ὁ δὲ ἐπιστήμων αὐτῶν γιγνόμενος .. οὔκουν νῦν γε οὔτε σοφὸς εἶναι δοξάζεται. etiam apud Platonem legimus civ. 611 C οὐ λελωβημένον δεῖ αὐτὸ θεάσασθαι .. ἀλλ' οἷόν ἐστι καθαρὸν γιγνόμενον i. e. factum. multa eius usus sunt exempla apud Appianum, atque appositivi quidem participii haec 65, 25 παῖδά τε ὄντα τοῦ Βάρκα καὶ τῆς γυναικός οἱ γιγνόμενον ἀδελφὸν ἔχων. 516, 21 ἔκ τε τῆς γῆς καὶ τῆς θαλάσσης ἀμφίβολοι γιγνόμενοι κατετιτρώσκοντο. 643, 23 ἀφίκετο δὲ καὶ Κέθηγος .. ἱκέτης τε γιγνόμενος καὶ ἑαυτὸν .. παρέχων, ubi exspectas ἱκέτης ὤν. 722, 2 ὁ δῆμος ἐν μνήμῃ τῶν .. κακῶν γιγνόμενος ἐκεκράγει. 839, 20 γιγνόμενος οὖν κατὰ τήνδε τὴν ὑπόκρισιν συγγενὴς τῷ Καίσαρι .. βωμὸν ἐπῳκοδόμει τῇ πυρᾷ. genitivi absoluti exempla exstant haec 104, 13 γιγνομένου δὲ τούτου πολλάκις, ὁ Σκιπίων .. ὑπέστη τὸ μονομάχιον 'his provocationibus saepe propositis'. 111, 13 γι-

[1]) 344, 20 φροντίζων χρημάτων τῶν πρὸ βραχέος ἐς θάλασσαν μεθειμένων inest in libris, καθιεμένων Nauck, sicut Mendelssohn quidem adnotavit. puto tamen, typographi esse vitium Nauckiique coniecturam spectare ad praepositionem. sed ne hoc quidem probare possum, cum ex loco alio 785, 16 μεθιέμενον ἐς τὸ πέλαγος appareat, μεθίεσθαι verbo Appianum uti solere, ut in mare deici aliquid significet.

γνομένων τούτων οἳ μὲν . . ἔφυγον. sensus postulat ʻhis peractis'. 475, 1 σπουδῆς δὲ πολλῆς γιγνομένης ἑκατέρωθεν ὅ τε πύργος ἐνεπίμπρατο ʻpostquam multum studii consumptum est'. ubi futuri exacti vis inest in participio, tribus locis praesens invenitur 39, 5 γιγνομένων ἔφη τούτων Πύρρον ἀποδώσειν τοὺς αἰχμαλώτους. 908, 7 τῶν ἱππέων ἔφη γιγνομένων . . ἀχρήστων, ὑπερόψεταί με. uno loco appositivum legitur 1080, 15 ἣν πόσα χρὴ . . κακοπαθῆσαι, γιγνομένην στάδιον ἡμῖν ʻsi facta erit'. eodem sensu aoristus adhibitus est locis quinque 200, 21 πολέμου οἰκείου σφίσιν γενομένου καὶ Ἀννίβαν μεταπέμψεσθαι. 239, 9. 806, 8. 808, 19. 815, 2. multo etiam frequentior est usus participii attributivi. 155, 9 αἰσθομένου μὲν ἤδη τῶν γιγνομένων τοῦ. . . Σερουιλίου ʻea quae gesta erant' i. e. clades Flaminii. verbis sentiendi potissimum praesens adhaesit. 199, 11 γνωσθέντος τοῦ γιγνομένου. 784, 9 τῶν γιγνομένων πυνθανόμενοι διεχρήσαντο ἀλλήλους. 799, 14 πυνθανόμενοι περὶ τῶν γιγνομένων ἱερῶν τῷ Καίσαρι. 159, 24 ἐπέστελλε . . τὰ γιγνόμενα Καρχηδονίοις. 476, 13 βύρσας ἕψοντας καὶ λιχμωμένους τὸ γιγνόμενον ἐξ αὐτῶν. 641, 18 τὰ γιγνόμενα δεδιώς. Candidus ʻrerum gestarum formidine correptus'. 717, 10 ὠλοφύρετο . . τὰ γιγνόμενα Cand. ʻquae gesta fuerant'. 819, 24 ὅτι τὸν δῆμον οὐσίαν τηλικαύτην ἀφαιροῖτο γιγνομένην κοινήν. 849, 25 ἕτερα πολλὰ γιγνόμενα: enumerantur quae Caesari nuntiabantur res gestae. 900, 5 ὅσα . . Γαΐῳ Καίσαρι ἐκ πολλοῦ γιγνόμενα ηὗρεν. 948, 13 σημηνάμενοι τὸ γιγνόμενον εἶναι σύμβολον ἔκ του θεῶν.

At ex scribendi errore haec participia nata sunt. Mendelssohn quidem hac opinione ductus locis quibusdam aoristum proposuit. est quaedam fluctuatio γεν- et γιγν- formarum, sed in iis potissimum libris, quorum exigua est auctoritas (maxime a et b, vel totum i genus, vel A). 475, 1. 643, 23. 705, 18 γενόμενος a, γιγνόμενος ceteri. cave autem putes, aoristum restituendum esse, nam etiam ubi non ferri potest aoristus, tamen inest in a. 723, 7 γενομένων δὲ τούτων a, ceteri γιγνομένων: ʻinterim' sensu postulatur. item 869, 18 γενόμενοι διατελοῦμεν a, ceteri recte γιγνόμενοι διετελοῦμεν [1]).

---

[1]) Atque participia quidem solis locis quinque his confusa sunt. praeterea nonnullae exstant aliae verbi formae corruptae, quas cum de scripturae mendis agamus necesse est respiciamus. 933, 15 b contra ceterorum lectionem γενέσθαι, cum praesens postuletur. 232, 8 περιεγίγνετο recte V, quod Mendelssohn quoque restituit, ceteri περιεγένετο. 477, 25 ἐγένετο i, ἐγίγνετο O. equidem optimorum codicum scripturam retinendam esse censeo. illud enim τάδε μὲν . . ἐγίγνετο· ὁ δὲ . . quasi formula facta est, quam retinuit scriptor, etsi adderet ὀλίγον ὕστερον. his igitur locis codices deteriores vitiose aoristum exhibent. 516, 4 ἐγίγνετο Ai, optimi codices ἐγένετο, quod recte Mendelssohn praetulit. uno loco 288, 6 fortasse in ipsum Vaticanum (Gr. 141) mendum inrepsit, cum ἐγένοντο, quod apographa exhibent, postuletur. alio loco differentia est inter optimos Suidae codices et inter codicem Valesianum 342, 13. tamen ἐγένετο, quod inest in Suida, praeferendum est, cum respondeat verbo antecedenti ἐτράπετο. vidimus admodum pauca esse menda scripturae, atque ea quidem in libris iis, quorum nulla est auctoritas.

alia est confusio formarum γίγνεσθαι, γενέσθαι, γίνεσθαι. Appianus, quippe veteres auctores atque in his maxime Thucydidem secutus semper γιγν- forma usus est. docet hoc omnium librorum consensus. si tamen locis quibusdam in codicibus nonnullis γίνεσθαι legitur, non tam corruptum id est ex γίγνεσθαι quam ex γενέσθαι. luculentissimum exemplum est 827, 17, ubi γινέσθαι A exhibet: accentus positio aoristum significat, quem ceteri servarunt. item 415, 20 ἐγίνετο i. 770, 20 γινομένῳ b. 842, 19 γενομένων i, γινομένων AV. his quattuor locis aoristus postulatur. duobus aliis locis γιν- ex γιγν- corruptum est 705, 18 γινομένου b, γεν- a, γιγν- AV. difficilior diiudicatu est locus 1040, 9 ἐπεγίνετο AV f, ἐπεγίγνετο b. recte Mendelssohn obscuram esse sententiam adnotavit, tamen propter verba ἑκάστης ἡμέρας imperfectum postulari apparet. itaque b codicis lectio videtur recipienda, nisi omnino corruptum verbum est. duobus praeterea locis in nonnullis Suidae codicibus inesse γινόμενος pro γιγνόμενος 65, 25 et 207, 25 non mirum est, cum ea forma inde ab altero a. Chr. n. saeculo in omnium usum venerit. uno loco 889, 10 γινόμενον codices exhibent omnes. sed cum aoristus postuletur, mihi quidem dubium non est, quin corruptum id sit ex γενόμενον. ex quo apparet, γεν- et γιγν- formarum confusionem non esse nisi in exiguae auctoritatis codicibus, γιν- autem formam Appiani non esse propriam sed corruptam

non tam ex γιγν- quam ex γεν-. itaque non est, cur participia praesentis illa quae attuli corrupta putemus ex aoristo. adde, quod nusquam aoristus scriptus est pro praesenti, quod tamen multo facilius fieri potuit.

Sed Candidus [1]) nonnullis locis γιγνόμενος vertit 'his peractis' vel 'gestis', quasi γενόμενος. itaque praevertamur, interpretis huius quae omnino sit fides in temporibus, praesertim cum hoc translatore fisus Mendelssohn saepe aut futurum aut praeteritum proposuerit, ubi praesens inest in libris. idem Candidus 978, 23 et 935, 1 γιγνομένων τούτων transtulit 'his gestis' et 'his peractis', cum sententia postulet, 'quae dum geruntur'. eodem modo 616, 8 διαβάντι vertit 'transeunti' quasi διαβαίνοντι, sensus autem postulat aoristum, quia ex verbis insequentibus (φεύγοντος ἐπὶ τὸ ῥεῦμα αὐτοῦ) apparet, eum iam antea transiisse fluvium. item 579, 20 ὑποδείξας 'imponens'. 615, 17 γενομένου δὲ τοῦ καπνοῦ 'prodeunte'. 981, 12 πέμψαντος 'praemittente'. 878, 9 ἐπιδούς 'pollicitus', ubi etiam Mendelssohn iudicat 'male'. nimirum permotus ille est proprietate linguae latinae, quae et participio perfecti activi et praesentis passivi careret. alias corrigendi quodam studio ductus est, ut tempora ea, quae minus placerent, cum iis commutaret, quae ipsi viderentur aptiora velut 584, 13 ἐπικρατεῖ, quod Appianus quippe in sententia generali in universum intellegi voluit, sic vertit quasi ἐπεκράτει legeret; item 643, 3 ἔστιν 'licebat'. 616, 7 historicum praesens ἀναχωρεῖ transtulit 'loco cessit'. contra 482, 18 συνεσέπιπτον 'insequuntur', quin etiam 780, 13 ἐδείμαινε 'coepit trepidare' et 717, 22 ἐσκόπει 'coepit inquirere'. simile corrigendi studium valuisse in participiis praesentibus vertendis vel ex inconstantia transferentis efficitur, cum aliis locis aut praeteritum aut futurum expresserit, aliis quibus eodem iure tempus idem requiritur, tamen praesens admiserit. neque igitur recte concluseris, Candidum, quod aut praeteritum transtulerit aut futurum, legisse id tempus, immo hoc solum apparet, si quis talia accuratiore dictione explanare velit, eum illud tempus desiderare. sed redeat unde defluxit quaestio.

---

[1]) **De Candidi translatione cf. Schweighaeuseri op. acad. II 97—106; Mendelssohnii praef. XXI.**

Ἀφίστασθαι est et 'deficere' et 'esse in defectione' (= defecisse). non igitur est mirum, si participium praesentis apud Appianum invenitur pro perfecto. atque primum quidem praesens adhibetur, ubi agitur de defectione repetita, non modo ubi iidem saepius desciverunt, sed etiam ubi ex multis populis modo hic modo ille defecit. 7, 17 ἀφιστάμενα ἄλλα ἐκρατύναντο. item 45, 20. 63, 16. 146, 9 καί τινα αὖθις ἀφιστάμενα . . ἐχειρώσατο. 785, 1. sed etiam una defectio praesenti significatur. 80, 18 ἐς τὴν . . γῆν τῶν ἀφισταμένων ἐνέβαλεν. 371, 6 ἐσβαλὼν ἐς Μηδίαν τε . . καὶ ἕτερα ἔθνη ἀφιστάμενα ἔτι πρὸ αὐτοῦ = quae erant in defectione (= defecerant) iam antequam regnare coepit. ἀφιστάμενα suspectavit Schweighaeuser. ἀφεστηκότα Pletho [1]). sed Plethoni, cum saepe dicendi formas Appianeas commutaverit cum iis quae ipsi usitatiores erant, fides habenda non est, nisi ea quae mutavit ille, scriptoris usu comprobatur [2]). sed multa praeterea eius usus sunt exempla 447, 15 ἀφιστάμενον . . εἷλε καὶ ἐκρέμασεν. 461, 7. 462, 9. 467, 3 Δῆλόν τε ἀφισταμένην . . ἐχειρώσατο. 496, 25. 500, 8. 503, 5. 531, 1. 966, 1 στρατηγὸν ἔπεμψεν ἐπὶ Κελτοὺς ἀφισταμένους. contra perfectum tribus solum locis exstat 89, 1. 486, 12. 616, 17. saepius — locis viginti duo — aoristus invenitur.

Αἱρούμενος potest esse 'praeferre', 'capere'. qui autem pergit capere, cepit. itaque praesens in iisdem sententiis legitur atque aoristus ut 1090, 19 ὑμῖν δ' ἐγὼ μαρτυρῶ μὲν ἑλομένοις τὰ ἀμείνονα et 815, 5 ἐπῄνει μὲν ὡς εὐορκότερα . . αἱρουμένους. decem locis in praesenti inest perfecti vis ut 252, 12 ἡγοῦντο . . τῶν μὲν ῥωμαΐζόντων ὁ μέγας Ἄννων, τῶν δὲ αἱρουμένων τὰ Μασσανάσσου Ἀννίβας. 470, 7. 533, 2. 633, 12 οἳ δὲ πρὸ πολλοῦ τὰ ἐκείνων αἱρούμενοι. tamen non scribendum esse cum Mendelssohnio ᾑρημένοι efficitur ex comparatione loci 997, 17 τὰ γὰρ ἐκείνων αἱρουμένη καὶ τέως . . τότε μᾶλλον ᾑρεῖτο. 736, 26. 815, 5. 895, 24. 1018, 1. 1078, 6 ἐς τὸν Πομπήιον ἐχώρουν ὡς δικαιότερα αἱρούμενον. ceteris locis septem verum exstat praesens. aoristus septies

---

[1]) **De Gemisti Plethonis eclogis cf. Mendelss. praef. XXI. adnot.**
[2]) **cf. Schweigh. ed. vol. III p. 528 ad l. 5.**

invenitur 70, 12. 469, 13. 540, 14. 560, 1. 588, 2. 1090, 19. 1095, 24, perfectum semel 1017, 15.

Usitatissimum Appiano est participium praesens verborum πυνθάνεσθαι, αἰσθάνεσθαι, quod etiam invenitur pro praeterito apud scriptores classicos[1]), ut Hdt. 1, 69 πάντα πυνθανόμενος ὁ Κροῖσος ἔπεμπε . . ἀγγέλους. apud Appianum praesens legitur locis triginta sex, quibus omnibus exspectamus praeteritum, cum semper narratum sit, quid fecerit aliquis ʽnuntio allatoʼ. 41, 1 Φαβρίκιον πυνθανόμενος . . μέγα δύνασθαι . . καθωμίλει. 74, 16 οἱ ἐν ἄστει πυνθανόμενοι μᾶλλον ἐταράσσοντο, cf. 127, 21 οἱ δʼ ἐν ἄστει πυθόμενοι χαλεπῶς ἔφερον. 76, 3. 83, 10. 84, 24. 92, 20. 105, 21. 113, 18. 131, 15. 177, 1. 193, 11. 201, 24. 204, 28. 207, 25. 254, 6 257, 13. 388, 16. 417, 19. 486, 9. 523, 12. 542, 18. 550, 13. 602, 16. 641, 6. 653, 9. 655, 7. ib. 20. 657, 13. 684, 20. 721, 9. 784, 9. 799, 14. 923, 12. 929, 9. 987, 13. 1005, 16. 1073, 17. 1164, 18. nempe praeteritum saepius legitur: locis centum novem, quos singulos affere supervacaneum videtur. eodem modo αἰσθανόμενος adhibitum est locis viginti, 27, 12. 76, 2. 170, 2. 225, 23. 308, 4. 379, 17. 386, 8. 476, 24. 503, 21. 531, 5. 548, 9. 614, 22 (Cand. intellecta fraude). 751, 14. 764, 17. 792, 20. 885, 9. 918, 9. ib. 16. 985, 22. 1113, 14. praeteritum quadraginta tribus locis legitur[2]).

---

[1]) cf. Kuehneri II p. 117. § 382, 4a.

[2]) Cum Mendelssohn Candidi translatione fisus saepe aoristum proposuerit, videamus necesse est, quae sit auctoritas librorum. tribus locis in i vel A πυνθανόμενος inest, ubi ceteri aoristum exhibent, 950, 17 πυθανομένη A, ceteri recte πυθομένη. ν littera omissa aoristum significat. 809, 23 et 1047, 9 πυνθαν- i πυθομ-VA. quibus locis tribus Mendelssohn recte aoristum restituit. sed quarto loco non cum illo consentio: 222, 6 τῷ ναυάρχῳ . . πυθομένῳ (πυθόμενος V) . . ὅτι δέοι ποιεῖν . . ἔφη. Mendelssohn πυνθανομένῳ maluit. nimirum putat, πυνθάνεσθαι verbi, cum interrogandi notionem exhibeat, non legi aoristum. etsi praesens saepius adhibitum est — exstat enim locis novem 40, 9. 426, 10. 725, 23. 915, 13. 948, 17. 1009, 12. 1040, 25. 1041, 18. 1082, 18 — tamen aoristus praeter hunc locum ter invenitur 519, 2. 636, 11. 792, 24. quattuor locis αἰσθάνεσθαι verbi participia confusa sunt. 601, 12 αἰσθόμενος i, αἰσθανόμενος ceteri, quod recte retinuit Mendelssohn, cum agatur de actione repetita. 1085, 19 αἰσθόμενος Vi, αἰσθανόμενος A, in quem saepe formas corruptas inrepsisse

Στρατευόμενος quattuor locis legitur, ubi perfectum exspectamus. 805, 13—14 τό τε πλῆθος τῶν ἀποστρατευομένων οὐ διαλυόμενον . . ἐστάθμευεν. in ἀπό praepositione inest quaedam desinendi notio, tamen ceteris locis perfectum exstat ut 1078, 20—21. porro 823, 21 ἃ καὶ τοῖς πάλαι στρατευομένοις ὁ δῆμος ἐδίδου. 1073,,14 διʼ ἣν οἱ στρατευόμενοι τὰς ἀποικίας ἔχουσι βεβαίους. comprehenduntur qui iam sunt veterani et qui militia solventur. 983, 20 δώδεκα τέλη . . Γαΐῳ Καίσαρι ἐκ πολλοῦ στρατευόμενα καὶ γεγυμνασμένα προσέλαβον: interim (post mortem .Caesaris) non erant dimissi (aliter ex. gr. 902, 14). Mendelssohn his locis perfectum proposuit, fortasse nisus alio loco 303, 15 ὑμῖν δὲ τοῖς ἐστρατευμένοις ἓν ἔστω παράγγελμα, ubi ille praesens desiderat. sed cf. 1054, 25 οὐχ ὑπὸ συντάξει πολιτικῇ στρατευσαμένων ἀλλʼ . . ἐπειλεγμένων, ubi aoristo non ii significantur qui militia soluti sunt, sed ii qui ʽmilitiae nomen dederuntʼ, ʽin bellum profecti suntʼ. respondet enim ἐπειλεγμένων. quod idem cadit in locum 303, 15. nihil igitur mutandum.

Restat, ut nonnulla quae singula exstant exempla colligamus. 70, 24 τοὺς μὲν ὑπολοίπους . . αἰκιζόμενος διέφθειρεν ʽcruciatos necavitʼ. 125, 20 καὶ πρῶτον ἄρτι πειρώμενοι τοῦ . . ὕδατος κατὰ γαστέρα ἔκαμνον. idem verbum cum eadem particula coniunctum 141, 5 ἄρτι πειρώμενοι μεταβολῆς ʽfortunae vices modo expertiʼ (cf. 1048, 25). 194, 17 ἅτε γὰρ καὶ τέως αὐτοῖς οὐκ ἐπʼ εὐνοίᾳ . . χρώμενος οὐδὲν ἔχων ἔτι . . ὠφελεῖσθαι κατεφρόνησεν ʽcum usus essetʼ. 489, 17 τὴν Βοιωτίαν συνεχῶς μετατιθεμένην διήρπαζεν. est quidem actio repetita, sed τὸ συνεχῶς μετατίθεσθαι antea factum est atque finitum, cum Sulla urbem diripuit. 584, 3 ἣ τῷ Σκιπίωνι γαμουμένη . . οὔτʼ ἐστέργετο, ubi Mendels-

---

iam infra notavimus (cf. praetera Mend. praef. p. XIX). 84, 22 αἰσθόμενοι excerptorum codices, ceteri αἰσθανόμενοι, quod utrumque ferri potest. uno loco fortasse in ipsum V (Gr. 134) corruptela inrepsit 548, 21 ἐνύβριζον οὐκ αἰσθομένου τοῦ M. simile quidem aoristi exemplum non inveni. magna igitur est librorum constantia, cum ex ducentis fere exemplis septem atque haec quidem in libris deterioribus corrupta sint.

sohn mavult γεγαμημένη, sed actio durans expressa est pro rei praeteritae effectu (cf. antea στρατευόμενος). 615, 18 μαχόμενος ὥραις τρισὶ καρτερῶς εἷλε τὴν πόλιν. 908, 24 Καίσαρος δὲ . . ἀποκριναμένου . . καὶ τὴν χάριν . . διωθουμένου . . πυθόμενος . . ὁ Δέκμος ἔστη, ubi praesens cum aoristo coniunctum est. 1003, 19 ὁ δὲ οἰκέτης . . τὴν μὲν ἤλεγχε ψευδομένην.

C. De participiis activi.

E verbis activi generis notissima sunt verba vincendi. νικῶν apud Thucydidem legitur locis quattuor, aoristus undeviginti, perfectum septem. atque primum quidem praedicative uno loco adhibitum est participium perfecti II 12, 2 ἦν . . νενικηκυῖα pro ἐνενικήκει. participiorum attributivorum duo inveniuntur praesentia IV 96, 5. VII 71, 4; aoristus VIII 105, 3. cetera participia omnia aut appositiva sunt aut absoluta. praesens semel invenitur V 50, 4 νικῶντος τοῦ . . ζεύγους. solet Thucydides ubi de victoria Olympiaca etc. dicit, praesenti aut imperfecto uti cf. III 8, 1 ἦν δὲ Ὀλυμπιὰς ᾗ Δωριεὺς . . τὸ δεύτερον ἐνίκα. septendecim locis aoristus invenitur I 108, 3 μάχῃ . . νικήσαντες . . τῆς . . ἐκράτησαν. ib. 112, 4 III 62, 5 IV 19, 2. 75, 1. 92, 6 VII 50, 2. 52, 2. 53, 3 VIII 23. 3. 24, 3. 25, 4. 55, 1. semper ubi actio significatur quae gesta erit, si alia res eveniet IV 73, 4 V 69, 1 VI 69, 3 VII 70, 7. accedunt perfecta tria I 21, 1. 126, 5 VIII 96, 3. cum ὡς particula coniuncta sunt participia quinque, quorum unum est praesens VII 34, 7, alterum aoristus I 105, 6 tria perfecta I 54, 1 II 91, 2. 92, 5. longe alia est temporum ratio Appianea. praesens enim duodeviginti locis legitur, aoristus quattuordecim, perfectum sedecim. unum apud Appianum quoque invenitur exemplum participii praedicativi simillimum Thucydideo 765, 19 ἔσονται νενικηκότες. mirus autem est numerus participiorum attributivorum. undecim locis praesens aut substantivo attributum est aut eius vice fungitur 160, 1. 197, 24. 716, 2. 750, 21 τοῖς ἡττηθεῖσιν ὁμοίως τὸν νικῶντα φεύγειν: aoristo praesens adnexum. 764, 24. 779, 22. 893, 15. 904, 14. 1054, 6. 1055, 9. futuri exacti vice 734, 17 οὐ γὰρ ἄδηλον ἦν ἐς μοναρχίαν τὸν νικῶντα τρέψεσθαι (cf. 754, 18). aoristus quattuor locis legitur 227, 25. 413, 22. 905, 25. 1041,

20, perfectum quinque 31, 9. ib. 23. 425. 2. 623, 6. 1096, 1. cum hoc magno numero participiorum attributivorum comparata haud multa videntur esse participia appositiva et absoluta. sexies praesens scriptum est. 795, 22 actio significatur simul cum actione principali gesta. de re iterata agitur 980, 9. quattuor locis praesens pro futuro exacto scriptum est 134, 12 νικῶσι δὲ οὐ μέγα τὸ ἔργον. 375, 14 Ἀντιόχου δὲ νικῶντος ἐλπὶς μὲν ἀφαιρεθήσεσθαι. 758, 2 συνώμνυσθε . . μὴ νικῶντες οὐδ' ἐπανήξειν. 1044, 3 νικῶσι δ' ἔστι λαβεῖν. aoristus appositivus novies exstat 26, 10. 38, 16. 684, 3. 966, 2. 988, 13. 1094, 18. futuri exacti vice ter legitur 121, 14 νικήσαντι τὸ ἔργον οὐ λαμπρόν. 736, 22. 885, 20. perfectum sexies 166, 8—9. 233, 4. 302, 24. 419, 28. 757, 11. 1152, 9—10. ubi ὡς additum est participio, praesens semel 526, 3, aoristus 438, 23, perfectum ter 320, 21. 910, 2. 1151, 16 adhibitum est.

Haud ita angustis finibus quam νικῶν coercitum est κρατῶν participium. apud Thucydidem praesens exstat locis viginti sex, praeteritum locis triginta (aor. 27, perf. 3). atque non solum, ubi praedicativum aut attributivum est participium, praesens praevalet — praedicative enim solum praesens adhibitum est semel VII 71, 3; substantivo attributum aut pro substantivo praesens est locis quinque I 77, 3 V 110, 1 VI 80, 2 VII 4, 6 VIII 46, 2 aoristus uno VII 87, 5 — sed etiam appositivus participii praesentis usus multo est liberior quam νικῶν participii. κρατεῖν enim non solum est 'vincere' aut 'victorem esse' sed etiam 'praevalere' 'superiorem esse' 'obtinere'. 'qui victor est' septem locis significatur praesenti I 70, 5 IV 14, 3 VI 49, 3 VII 23, 2. 44, 5 VII 44, 4 VIII 25, 4. deinceps tribus locis 'praevalere' aut 'superiorem esse' aliquem aliqua re exponitur I 16, 1 ναυτικῷ κρατῶν. ib. 116, 2 IV 104, 4. porro quattuor locis de obtinendo agitur I 104, 2 τοῦ ποταμοῦ κρατοῦντες III 32, 3 IV 108 1 VIII 38, 2. atque his quidem locis agitur de actione durante; iustus igitur praesentis est locus, sed etiam ubi actionis incidentis exspectamus notionem, tamen praesens admissum est locis quinque I 11, 2 ῥᾳδίως ἂν μάχῃ κρατοῦντες εἷλον ubi condicionalis ratio plus valere videtur quam temporalis (cf. I 113, 2 μάχῃ κρατήσαντες τοὺς μὲν διέφθειραν). III 79, 2 IV 95, 3 οἳ τούσθε μάχῃ κρατοῦντες . . ἔσχον VI 2, 5 V 46, 4 ἐπικρατούντων τῶν . . ταῦτα γίγνε-

σθαι.. ἀνενεώσαντο. mirandum sane non est, quod aoristus multo est usitatior; adhibitus enim est locis viginti quinque his I 54, 2 κρατήσαντες τῇ ναυμαχίᾳ . . ἔστησαν τρόπαιον. I 112, 5 κρατήσαντες τοῦ.. ἱεροῦ παρέδοσαν. 113, 2 II 39, 3 III 46, 6. 57, 3. 84, 2. 91, 5. IV 19, 2. 72, 4. VI 11, 6 VII 11, 2. 34, 6. 72, 1. 78, 3 VIII 1, 2. 20, 1. 62, 2. 105, 2. 107, 1. ubi futuro exacto Latini uti solent, semper aoristus invenitur I 143, 5 κρατήσαντες γὰρ αὖθις οὐκ ἐλάσσοσι μαχούμεθα III 40, 5 IV 71, 2 VII 5, 4. 77, 5. his aoristis appositivis adde perfectum unum III 74, 3. ubi ὡς particula coniuncta est cum participio, praesens uno loco III 79, 1, item aoristus uno IV 73, 4, perfectum duobus invenitur III 30, 2 VII 43, 7. itaque etsi κρατῶν paulo liberius adhibitum sit, tamen participiorum appositivorum quae quidem rem praeteritam significant, aoristus (et perfectum) multo praevalet. apud Appianum praesens exstat locis triginta tribus, praeteritum septendecim (aor. 10, perf. 7). tria participia sunt praedicativa: praesens 155, 14, perfectum 240, 20 (ἥδοντο). 408, 25 (ἦσαν). generis attributivi undecim inveniuntur exempla, praesentis quinque 21, 4. 570, 7. 651, 17. 726, 2. 832, 1—2, aoristi duo 547, 7. 847, 20, perfecti quattuor 212, 17. 376, 8—9. 578, 3. 1091, 1. maximus autem est numerus participii appositivi et absoluti: actio durans sedecies significatur, ubi κρατῶν est aut 'obtinens' aut 'superior'. 173, 7 ὧν (τῶν γεφυρῶν) τότε κρατοῦντες οἱ.. φρουροὶ ἐδέχοντο. 220, 20. 383, 21. 398, 7. 400, 9. 511, 27. 550, 4. 552, 19. 751, 19. 835, 2. 933, 25. 954, 11. 965, 20. 1000, 20. 1069, 3. 1173, 14. sed exstant praeterea loci quinque, quibus non tam tenendi quam potiundi notionem exspectamus. 167, 14 ὃ καὶ Πύρρον φασὶν εἰπεῖν..'Ρωμαίων . . κρατοῦντα σὺν ὁμοίᾳ ζημίᾳ. 306, 3 ὅλου δὲ τοῦ ἰσθμοῦ κρατῶν διετάφρευεν αὐτόν. sensu 'cum potitus esset' postulatur. 483, 1 Σύλλας δὲ πολλῶν μὲν . . ὅπλων .. κρατῶν (cf. 212, 17 ὅπλων . . κεκρατηκώς), ubi Mendelssohn κρατήσας proposuit. sed eodem modo praesens legitur 757, 20 ὅσα σημεῖα μιᾶς ἡμέρας κρατοῦντες αὐτῶν ἐλάβομεν. 1031, 18 Ἀντώνιος Κασσίου κρατῶν . . τὸ στρατόπεδον ἐπόρθει, ubi iterum Mendelssohn κρατήσας maluit. futuri exacti vice sex locis praesens, duobus aoristus legitur. 228, 12 ἐπικρατοῦσι δὲ ἀρχὴ μεγάλη προσγίγνεται (cf. μὴ κρατήσασιν οὐ-

δέν ἐστιν ἴδιον 738, 26) 375, 13. 479, 25. 511, 22. 684, 19. 1038, 26. his igitur locis undecim praeteritum desideratur. contra aoristus sensu appositivo octo solum locis adhibitus est 87, 13. 392, 23. 399, 3. 779, 21. 793, 14—15, 886, 7, pro futuro exacto 738, 26. 754, 18. accedit perfectum unum 372, 12. etsi igitur apud Thucydidem paulo liberior sit huius participii usus, tamen Appianus multo excedit legem Thucydideam.

Similis est usus ἀδικῶν participii. est enim et 'iniuriam facere' et 'iniuriam fecisse', cum permaneat iniuria facta, donec sublata est. itaque etiam apud Thucydidem frequens est praesentis usus: exstat enim undecim locis, cum aoristus quinque, perfectum duobus legatur. longe plurima exempla participii sunt praedicativi et attributivi. praedicative praesens adhibitum est III 44, 2 ἤν τε γὰρ ἀποφήνω πάνυ ἀδικοῦντας αὐτούς VIII 51, 1, perfectum III 39, 1 ἀποφαίνω Μυτιληναίους . . ἠδικηκότας, aor. V 49, 3. septem inveniuntur participia attributiva, quorum unum est perfectum III 38, 1, cetera praesentia sunt I 86, 5 III 47, 3. 63, 4 IV 62, 3. 98, 1. 118, 3. at participii appositivi temporalis semper legitur aoristus II 5, 7 ἀνεχώρησαν οὐδὲν.. ἀδικήσαντες IV 52, 2 VIII 28, 4. ubi non tam temporalis quam causalis valet ratio I 43, 3 praesens, aoristus I 69, 6 legitur. cum ὡς particula semper praesens coniunctum est III 48, 1 VIII 38, 4. Appianus aoristo omnino non usus est, perfectum uno loco adhibuit pro substantivo 332, 4 φίλους ποιησάμενοι τοὺς ἠδικηκότας. at praesens viginti locis legitur: quae participia duobus exceptis sunt appositiva. 65, 3 ἐλεηλάτει τὰ Ἰβήρων οὐδὲν ἀδικούντων. 68, 18. 247, 6. 270, 14—15. 271, 6—7. 355, 17. 451, 5. 492, 25. 496, 14—15. 638, 3. 703, 18. 824, 12. 825, 6. 1068, 22. 1091, 5. 1094, 17. 1146, 18 ἐπανελεύσεσθαι πρὸς Καίσαρα οὐδὲν ἀδικοῦντα Cand.: a quo nihil mali pertulisset. praeterea praedicativum est praesens 495, 12, attributivum 825, 2. longe diversus est usus ἁμαρτάνων participii. nam cum ἀδικεῖν condicionem permanentem significet, ἁμαρτάνειν magis ipsam peccandi actionem exprimit. praesens igitur rarissime legitur, atque ubi scriptum est, actionem repetitam significat ut 324, 10 σφόδρα γὰρ τοὺς ἁμαρτάνοντας ἐκόλαζεν. quin etiam cum ἀδικῶν coniunctum ἁμαρτών legitur 824, 12 Ἰταλίαν οὐδὲν ἁμαρτοῦσαν οὐδὲ ἀδικοῦσαν.

Θνήσκων quattuor locis eos significat qui mortui sunt. 141, 22 ἕψοντες τὰ τῶν ἀποθνησκόντων (δέρματα). 258, 2 τῶν ἀποθνησκόντων οὐδεὶς οὔτ' ἐξεφέρετο. 476, 13. 608, 21. simili modo ἀποψύχων legitur 1087, 5 τοὺς ἀποψύχοντας .. ἐς τάφρους . . κατώρυσσεν. solis igitur locis iis quibus de actione repetita agitur, praesens tolerari potest: singula mors semper aoristo aut perfecto significatur. (aliter ἀναιρούμενος). idem etiam scriptoribus classicis haud alienum est cf. Hdt. 4, 19 θάπτουσι τοὺς ἀποθνήσκοντας.

Φεύγειν esse et 'fugere' et 'versari in fuga' notum est. sed quinquies 'fugam factam esse in locum quendam' (ἐς-ἐπί) praesenti significatur. 53, 13 ἐς ὕλας οἱ Ῥωμαῖοι διαφεύγοντες, ubi διαφυγόντες Schw. 287, 8 Λιβύων τοῖς ἐς πύργους .. καταφεύγουσιν .. ἐπετίθεντο. Mend. καταφυγοῦσιν. 419, 15 Λευκόλλου .. Μιθριδάτην διώκοντος ἐς τὸν Τιγράνην ὑποφεύγοντα. Mend. ὑποφυγόντα. 441, 11 Θρᾷκας .. φεύγοντας ἐπὶ . . τὸ στόμα . . καταμεῖναι. Nauck: φυγόντας. 660, 25 Κάρβωνα .. ἐς Κοσσύραν νῆσον ὑποφεύγοντα .. συνέλαβεν. Mend. ὑποφυγόντα. equidem cum his viris doctissimis consentire non possum. intercedit quidem maxima similitudo inter praesens (imperf.) et aoristum eum qui dicitur secundus. tamen participii et infinitivi multo pauciores exstant formae corruptae quam verbi finiti, cum non solum thema mutatum sit, sed etiam accentus transpositus, velut βάλλων — βαλών quinquies, ἔβαλλον — ἔβαλον plus quadraginta locis confusa sunt; item λείπων — λιπών novies, ἔλειπον — ἔλιπον tredecies. praeterea alterum illorum aoristi signorum solet esse servatum. accedit, quod fluctuatio formarum earum quae confundi solent, etiam in libris invenitur, cum Appiani historiae non congruenter sint traditae [1]. admodum pauca in omnes libros inrepsere menda, quod ex eo

[1]) Aoristi secundi et praesentis praeter ea quae attuli exempla exstant haec 196, 2 τεμν - τεμ. 264, 9 λαμβαν - λαβ. 707, 15 τυγχαν-τυχον. 778, 7 ἁμαρταν - ἁμαρτον. 543, 13 τιθείς - θείς. 782. 5—6 et 810, 18 διδούς - δούς. 1092, 15 ἱείς - εἵς. accedunt aoristorum medii exempla haec 259, 16 ἀμυνομ - ἀμυναμ. 298, 16 αὐξανόμ - αὐξομ. 481, 7 τεκμαιρομ - τεκμαιραμ. 951, 1—2 et 1130, 21 ἀλλομ - ἁλομ. hic numerus mendorum comparatus cum magna illa exemplorum congruenter traditorum copia exiguus videtur esse.

maxime apparet, quod omnibus locis iis, quibus editores tempus mutare conati sunt contra omnium librorum consensum, semper aoristus ex praesenti neque usquam ex aoristo praesens restituendum est. cavendum igitur, ne nimium momenti tribuamus librariorum erroribus. iam redeamus ad φεύγειν verbum. etsi sexcenties legatur, tamen quattuor solum locis libri varias exhibent lectiones: tribus locis imperfectum et aoristus (indicat.) confusa sunt 545, 1. 1082, 6. 578, 17. uno loco infinitivus corruptus est 240, 3. participiorum non est fluctuatio. quae enim 53, 13 in libris inest varietas non pertinet ad tempus: διαφέροντες AMN, διαφεύγοντες Ursinus. Schweighaeuser διαφυγόντες proposuit. immo accentus positio praesens tempus significat. hae me causae moverunt, ut durius illud φεύγων locis antea laudatis non librariorum sed ipsius scriptoris tribuerem neglegentiae [1]).

Passivum genus et medium percensentibus nobis id maxime conspicuum fuit, singula quaedam verba ipsa significatione huic praesentis usui esse accommodata. at activi generis participia praesentia non tam singulis verbis quam structuris quibusdam adhaerent. atque primum quidem maxime nominativus participii praesentis appositivi invenitur pro praeterito iis potissimum locis, quibus participium mutata enuntiationis conformatione solvitur in verbum, quod καί particula coniungi potest cum verbo finito. 174, 22 πολλὰ καὶ γενναῖα δρῶν κατεκόπη. γενναῖα quidem eodem tempore quo interficitur perpetrare potest, sed πολλά eum antea egisse necesse est. idem verbum 745, 8 πολλὰ καὶ λαμπρὰ δρῶν ἐς τὸν ὀφθαλμὸν ἐτρώθη. 541, 3—5 τρισὶ δ' ἄλλαις καθιστάμενος καὶ ὁπλίζων τοὺς συνόντας ἐνέβαλεν. item quae intra tempus

[1]) Eodem modo 348, 12 Nauck perperam mihi praesens videtur delevisse: μέχρι καὶ οἵδε τὰ οἰκεῖα φεύγοντες ἐνέβαλον ἐς Ἰλλυριούς. nam quod 'unde fugerint' additur, non impedit, quominus condicio permanens exprimatur. item intellegere non possum cur Mendelssohn duobus locis ἀποδιδράσκων in aoristum mutare voluerit. legimus enim 681, 19 ἔνθα πολλοὺς ἀποδιδράσκοντας οἰκέτας .. ὑποδεχόμενος ἐλήστευε. 969, 19 διώδευε τὴν Ἰταλίαν .. συνάγων τοὺς ἀποδιδράσκοντας. quo utroque loco actio repetita praesenti significatur: non enim uno tempore omnes fugerunt. praeterea confusio aoristi et praesentis non exstat in libris. solae confusae sunt formae δράς et δράσας.

quoddam gesta sunt 615, 18 μαχόμενος ὥραις τρισὶ . . εἷλε. 568, 1 Καῖσαρ . . ἀρχὴν ἐπὶ πολὺ δυναστεύων . . ἀποθέσθαι κελευούσης . . προυτίθει προκλήσεις. 632, 14 ἄφνω . . ἐπιπίπτων . . εἷλε. 1065, 5 οὓς ὁ Ἀντώνιος ἐξελαύνων . . καὶ . . ἐπιβάλλων . . καὶ ἁμαρτών, . . οὐδ' ἐπέμεινε . . ἀλλὰ ᾔει, praesens cum aoristo coniunctum, etsi eiusdem generis participia sunt: cum expulisset, tributum imposuisset, peccasset. 1079, 22 τούς τε . . ἐκβάλλοντες . . ἢ ἀναιροῦντες τὰ τείχη σφῶν διὰ χειρὸς εἶχον. 1109, 24 ὃ δὲ . . με ἀποκλείων καὶ . . ἀφαιρούμενος, ἔτι τοῖς φίλοις ἐστὶν εὔνους μόνοις. Cand.: qui e Brundisio . . me excluserit. saepe duorum participiorum alterum ab altero pendet ut 471, 22 Ἀρχέλαος δ' αὐτοὺς ἐπιστρέφων αὖθις καὶ . . παραμένων καὶ ἀποκλεισθεὶς ἀνιμήθη. duae structurae confusae sunt: illud ἐπιστρέφειν et παραμένειν causa est τοῦ ἀποκλεισθῆναι atque utrumque antecedit τὸ ἀνιμᾶσθαι. simile 544, 22 πολεμῶν τῷ πατρὶ καὶ ἡττώμενος ἐς Φραάτην ἐπεφεύγει. 951, 23 Λιγάριον δὲ ἡ γυνὴ κρύπτουσα . . προδοθεῖσα . . εἵπετο, ubi perperam Mendelssohnium κρύψασα proposuisse efficitur ex 973, 16 ἕτερον ἐν τάφρῳ κρύπτων . . οὐ φέροντα . . μετήγαγεν. tria eius generis sunt exempla verbi τιθέναι. 505, 14 σῖτόν τε . . ἐπιτιθέντες ἅπτουσιν. idem fere 615, 1 κἀν τῇδε (τῇ ὥρᾳ) . . κληματίδας περιτιθεὶς . . ὑφῆπτε. 527, 10 κρύφα συντιθέμενος ἑκατέροις οὐκ ἔφθασεν οὐδετέροις ἀμῦναι [1]). 932, 25 τάδε ἀλλήλοις ἀντικαθιστάντες ἐχώρουν . . ἐπί. Mendelssohn ἀντικαθίσαντες. sed ἀντικαθῖσαι apud Appianum non invenitur. cavendum igitur, ne ἅπαξ εἰρημένον inducamus. accedit quod alio loco simillimo praesens defenditur 610, 1—2 καὶ οἵδε μὲν ἀλλήλοις ἀντιστρατοπεδεύοντες οὐκ ἐπεχείρουν, ubi Nauck aoristum proposuit. immo mihi hi duo loci, cum verborum formae maxime diversae sint, invicem defendere sese videntur. at 479, 19 ἀντικαθιστάντες δ' ἀλλήλοις ὁ μὲν Ἀρχέλαος ἐξέταττεν Schweighaeusero concedo, ἀντικαταστάντες scribendum esse. verbum enim intransitivum

[1]) Mendelssohn aoristum postulat. sed primum similibus illis exemplis haec structura satis mihi videtur esse defensa, deinde τιθείς-θείς uno solum loco corruptum est 543, 13, ubi aoristum i exhibet pro praesenti, quod sensu postulatur. magna igitur est librorum constantia.

postulatur. (Reiske perperam ἀντικαθίσαντες). accedunt participia duo causali vi praedita. 798, 17 δόξαν οἴσεσθαι τυραννοκτόνων ὡς βασιλέα ἀναιροῦντες = quasi regem occidissent. 931, 25 ὑπὸ τῶν θεραπόντων ἀνηρέθη εὐνουχίζων τινὰς ἐπὶ τιμωρίᾳ = quoniam nonnullos castraverat. etiam pro aoristo ingressivo praesens positum est, atque his quoque locis maxime nominativus participii appositivi invenitur. ubi mortuum quendam esse 'morbo correptum' narratur, aoristus adhiberi solet ut Thuc. I 138, 4 νοσήσας δὲ τελευτᾷ τὸν βίον. at cf. App. 217, 7 ὃ δὲ ὑπὸ λύπης νοσῶν ἀπέθανεν. simile 673, 22 νόσῳ χρώμενος ἀπέθανε, cum Herodotum I 42 simili in sententia perfecto usum esse recte Mendelssohn adnotavit. porro 548, 22 ἐνύβριζον οὐκ αἰσθομένου τοῦ Μιθριδάτου: νόσον γὰρ . . νοσῶν . . ἐθεραπεύετο. uno loco aoristus legitur 474, 11 μέχρι νοσήσας . . ἐτελεύτησεν. addi potest 37, 27. κάμνων triginta duobus, καμών quattuor locis scriptum est 214, 1. 284, 1. 435, 17. 996, 5. perfectum, quod novies exstat, semper ipsam corporis fatigationem significat, cum praesens et aoristus laborandi notionem exhibeant. atque praesens quidem non modo multo saepius adhibitum est quam aoristus, sed etiam invenitur, ubi aoristus desideratur: primum ubi μέχρι antecedit 121, 1. 317, 16. 469, 26. 789, 16. deinde ubi μᾶλλον additum est 475, 25, aut temporalis notio vel modalis adiecta, ut 198, 2—3 τόνδε . . μετ' οὐ πολὺ κάμνοντες οἱ Καρχηδόνιοι . . ἔπεμψαν. 406, 11 ὅθεν ἤδη πολλὰ κάμνοντες ἐνεδίδοσαν. alio loco 793, 17 εἴτε ἀπογνοὺς εἴτε κάμνων utrumque tempus coniunctum est.

Durius ille praesentis usus etiam in verba adeundi magistratum cadit. duobus locis δημαρχῶν legitur, ubi aoristum exspectamus 593, 3 δείσαντες . . μὴ δημαρχῶν αὐτοὺς ἀμύναιτο 'tribunus cum factus fuerit'. 868, 21 ἐδεδοίκει μὴ δημαρχῶν . . ἐς δίκην ἀπαγάγοι. totidem locis ὑπατεύων scriptum est pro ὑπατεύσας 917, 20 δεδιότες μὴ αὐτοὺς . . τίσαιτο ὑπατεύων. uno loco casus obliquus invenitur 977, 4 Βαλβίνῳ δὲ ἐκφυγόντι . . καὶ ὑπατεύοντι οὐ πολὺ ὕστερον 'qui paulo post consul factus est'. tribus locis Mendelssohn perperam scripturam traditam mutare conatus est. 435, 10 Σέλευκον μὲν ἔκαιε Φιλέταιρος ὁ Περγάμου δυναστεύσας. Mendelssohn δυναστεύων proposuit. sed Philetaerus regnum

Pergamenorum condidit. interpretandum igitur est 'qui rex factus est'. eodem modo non video, cur 667, 16 in βασιλεύσαντος aoristo offendat Mendelssohn. est enim Ptolemaeus X Alexander II, cuius pater Ptolemaeus IX Alexander I ab a. 107 usque ad a. 89 a. Chr. n. regnavit [1]). Idem Ptolemaeus X Alexander II significatur 463, 7, ubi variae lectiones insunt in libris: βασιλεύοντος O, βασιλεύσαντος i. quae varietas mihi non fortuita esse sed de industria inita videtur, [2]) cum dissensio esset de stemmate Lagidarum. huius Alexandri II pater ab Alexandrinis expulsus est a. 89. hoc autem loco agitur de tempore eo, quo Mithridates Lucium Cassium, Oppium, Manium iam vicerat, Sulla tamen Roma nondum erat profectus. annus igitur est 88. itaque cum Ptolemaeus IX Alexander I iam anno ante pulsus sit, scribendum est βασιλεύσαντος et hoc loco et 667, 16. alius Appiani usus mihi non videtur praetermittendus. saepe enim substantivum quoddam positum est, ubi aoristum ingressivum exspectamus, quem viri docti quippe singulum spectantes unumquemque locum restituere conati sunt. 422, 9 Ἀλέξανδρος.. ὁ καὶ πάντων βασιλεὺς ὅσων εἶδεν, ubi Nauck βασιλεύσας, sed cf. 563, 18 πεντεκοντούτης ὢν καὶ βασιλεὺς Βοσπόρου πεντεκαίδεκα ἔτη. unum accusativi invenitur exemplum 665, 11 κωλύσας μηδεμίαν ἄλλην τὸν δήμαρχον ἀρχὴν ἔτι ἄρχειν. Cand: qui tribunatum gessisset. 710, 26 ἐδεδοίκει μὲν ὑπὸ τοῖς ἐχθροῖς ἰδιώτης γενέσθαι: in privatorum civium ordinem redactus. Mendelssohn ἰδιωτεύσας. immo hi quattuor

---

[1]) Cless, quem Mendelssohn adfert, apud Paulyum VI 1 p. 226 dicit haec: Ptolemaeum IX Alexandrum I, huius Alexandri patrem, a matre Cleopatra, Ptolemaei VII Euergetae II uxore, in societatem regni vocatum esse. matre interfecta cum esset expulsus (89), Ptolemaeus VIII Soter II, frater eius maior natu, regnum accepit, quo mortuo (81) filia Berenice sex menses sola regnavit; tum autem ei Ptolemaeus X Alexander II a Sulla in matrimonium datus est. quae omnia optime quadrant in hunc locum.

[2]) Aoristi enim primi et praesentis confusionem multo esse difficiliorem apparet. praeter hunc tribus locis varias libri exhibent lectiones: 899, 5 μεν-μειν. 544, 24 πλησιαζοντ-πλησιασαντ. 1073, 20 στρατευομ-στρατευσαμ. (592, 15 δεδημαρχηκότα-δημαρχοῦντα V, quod ex similitudine participii antecedentis βουλεύοντα natum videtur).

loci comparati inter se invicem a mendi suspicione se defendunt. actio enim durans expressa est pro actione incidente aut perfecta.

Atque his quidem locis nominativus participii appositivi legebatur. casuum obliquorum admodum pauca inveniuntur exempla. 956, 1—3 ἀναγιγνώσκειν.. ἐκέλευον καὶ ἀναγιγνώσκοντα ἔκτειναν, quod tamen fortasse ex similitudine infinitivi antecedentis ἀναγιγνώσκειν corruptum est. recte igitur Nauck ἀναγνόντα. accedunt duo participia attributiva 482, 11 ἐπιμεμφόμενοι τοῖς ἀποκλείουσιν, cum ἀποκλείσασι sententia postuletur (cf. 481, 23—26). porro 601, 22 κρίσεις εἶναι κατὰ τῶν τοῖς Ἰταλιώταις.. βοηθούντων. 522, 7 nominativus participii attributivi, Μιθριδάτην οἱ καταλαμβάνοντες διαφυγεῖν περιεῖδον. nonnullis autem locis nimis scilicet accurate tempus mutasse mihi videntur editores, cum id quod traditum est tempus sensui non obstet. huc potissimum referendi sunt loci nonnulli ἰέναι verbi. ἱείς et εἴς uno loco 1092, 15 confusa sunt, ubi utrumque ferri potest. magnus igitur librorum est consensus, cum saepissime hoc verbum adhibitum sit. 44, 19 τοὺς δ' ἀφιέντας ἀεὶ συνίζειν, ubi ἀφέντας Schweighaeuser. sed est actio iterata, quam solet Appianus etiam ubi durius est praesenti exprimere (cf. θνήσκων). praeterea 1021, 5 τοὺς δὲ λαμβάνοντας ἀεὶ προαπέλυον 'eos qui ceperunt'. 271, 20 οὐδείς πω κατέσκαψε πόλιν χεῖράς τε πρὸ μάχης καθιεῖσαν καὶ ὅπλα καὶ τέκνα παραδοῦσαν. Mendelssohn καθεῖσαν. sed illud καθιέναι actio est durans, quae etiam permanet, cum τὸ παραδοῦναι iam est perfectum. 792, 14 ὃ.. αὐτὸν διέβαλεν ὡς.. τὰς ἐς τοῦτο πείρας καθιέντα. comprehenduntur tentamina ea, quae iam gesta sunt et ea, quae animo etiam agitat: actio igitur est imperfecta. de 670, 2 paulo infra dicam. eodem modo scriptura tradita est retinenda 607, 17. cur διασπάσαντος? nonne optime dici potest, 'cum appropinquasset iamque partem valli convelleret?' item 348, 2 Nauckium falso praesens praetulisse aoristo ex comparatione similis loci 463, 26 efficitur.

Iam videamus, quae ratio intercedat inter praesens et aoristum, ubi utrumque tempus futuri exacti vice fungitur. actio ea, quae etiam permanet, postquam futura illa res iam gesta est, praesenti, actio cito transiens aoristo significetur

necesse est. nimirum saepe penes scriptorem est, utrum actionem maluerit durantem an cito transeuntem significare. semper praesens legitur participiorum πειθόμενος, εὐπειθῶς ἔχων, οὐ πειθόμενος, ἀπειθῶν, ἀμελῶν velut 37, 10 θάνατον τοῖς ἀμελοῦσιν ὥριζεν. πολεμῶν 40, 24. 1173, 6—7. quorum verborum praesens ferri potuit. sed etiam actio cito transiens participio praesenti significata est, cum maluerit scriptor explicare eam durantem quam incidentem. iam attuli δημαρχῶν 593, 3. 868, 21, ὑπατεύων 917, 20. adde οὐκ ἐκδιδούς (= retinere) 71, 10, μὴ παραχωρῶν 892, 16, οὐ συντιθέμενος 1113, 1, σπενδόμενος 40, 22—23, δέχεσθαι 41, 17—19, ὑπισχνεῖσθαι 208, 15, διαιρεῖσθαι 209, 8, μένειν et ἰέναι 551, 20—21, κελεύειν 990, 2. longe plurimorum verborum modo praesens modo aoristus legitur. nonnulla iam antea consideravimus ἡττώμενος (νικώμενος) sex locis, aoristus tribus invenitur. adde σφαλέντα 27, 19—20. κρατῶν sex, κρατήσας duobus; νικῶν quinque, νικήσας tribus; γιγνόμενος tribus, γενόμενος quinque locis scripta sunt, cum Thucydides horum verborum semper aoristo usus sit. accedunt ἐπιτρέπειν similia tribus locis: duobus praesens 1173, 7. 1179, 16, aoristus uno 140, 22. deinde τί ποιοῦντες (ἂν εἶεν φίλοι) 103, 6. 409, 4, aoristus 100, 3 (τί πράξαντες), 260, 3. 1097, 26 (τί παθόντες). porro ἐμβάντες 738, 22, ἐπιβαίνουσιν ib. 25. ubi agitur de poena aut honore (ζημίαν, γέρα, θάνατον, μήνυτρον ἐπιψηφίζειν τινί) aoristus praevalet. viginti enim eius exstant exempla locis undecim 41, 23 θάνατον ἐπέταξε τοῖς ἀπολειφθεῖσιν. 502, 4. 617, 7. 932, 18. 938, 8—9. 941, 4—5. 952, 3. 974, 23—25. 997, 1—2. 1156, 1. praesentis duodecim sunt exempla locis septem 461, 26—462, 1. ἐπεκήρυξε δὲ καὶ ζημίαν τοῖς καταθάπτουσιν . . ἢ ἐπικρύπτουσι καὶ μήνυτρα τοῖς ἐλέγχουσιν ἢ ἀναιροῦσιν. 659, 14. 892, 8. 941, 12. 963, 22. accedunt loci duo, quibus utrumque tempus coniunctum est 1017, 17—18 δικαιότερα ἡμεῖς γέρα τοῖς περισώσασι . . ἐκηρύξαμεν ὧν ἐκεῖνοι τοῖς ἀναιροῦσι, ubi Stephanus περισώσουσιν coniecit, quod non solum ut Mendelssohn dicit inutile, sed perversum est, cum futurum in his sententiis ferri non possit. 960, 9—11 ἐπέκειτό τε τοῖς ἀποκρυψαμέναις τι τῶν ὄντων ἢ τιμησαμέναις κακῶς ἐπιτίμια, καὶ τοῖς ταῦτα μηνύουσιν . . μήνυτρα. multorum verborum solus aoristus legitur. ἀποθανεῖν 216, 26 δεηθεῖσα

μηδὲν ὀδύρασθαι καλῶς ἀποθανοῦσαν. 911, 12. 1166, 8. praeterea singula quaedam verba locis viginti duo his 30, 16. 41, 6. ib. 19 et 21. 44, 17. ib. 19. ib. 20. 86, 12. 95, 1. 135, 12. 121, 13—14. 239, 4. 354, 2. 519, 3. 593, 20. 619, 7—8. 631, 19. 753, 9. 804, 22. 828, 17. 862, 23. 914, 22. 976, 10. 1046, 23. uno loco perfectum adhibitum est 965, 3 τὰ γὰρ ὅμοια καὶ τοῖς ὑποδεδεγμένοις ἐπικεκήρυκται.

Proximum est, ut consideremus participia ea, quibus οὐ vel μή additum est. rem quandam non esse actam praeterito significetur necesse est, neque Appianus huic legi repugnavit. nonnulla tamen excepta sunt. atque primum quidem οὐκ ἐπιδημῶν duobus locis legitur de re praeterita. 733, 16 ἐφάνη τις οὐδ' ἐπιδημῶν ὅτε ἡ στάσις ἐγίγνετο. 1016, 20 προγράφουσι δὲ τοὺς οὐδ' ἐπιδημοῦντας ὅτε ἀνῃρεῖτο. praesens ex eo natum videtur esse, quod scriptor participium adnexuit ad structuram secundariam i. e. ad enuntiatum coniunctionale, cum ad primariam actionem spectet participium. tertio loco recte aoristus 928, 16 τοῦτο . . ἐπεγράφη καί τισιν οὐδ' ἐπιδημήσασιν ὅτε . . ἐκτείνετο. deinde multa sunt participia negata, quae rem quandam significant agi quidem esse coeptam, tamen non perductam ad finem ita, ut illud 'non ad finem venire' permaneat etiam dum fiat actio primaria. cuius generis maxime sunt verba non succedendi. οὐδὲν ἀνύων quinquies legitur. 654, 4 οὐδὲν ἀνύων . . αὖθις συνεκλείετο, ubi ἀνύσας Mendelssohn. sed cf. 218, 16 ταύτην (τὴν πολιορκίαν) διέλυσεν οὐδὲν ἀνύων. 294, 11 οὐδὲν δὲ ἀνύων, ἐν αἰδοῖ μείζονι ἐγίγνετο καὶ φόβῳ. 717, 12 οὐδὲν δὲ ἀνύων . . ἐχώρει πρὸς αὐτόν. 863, 16 ἐκείνου . . οὐδὲν ἀνύοντος, ὁ Τρεβώνιος αὐτὸν ἔφη δέξεσθαι. uno loco aoristus scriptus est 99, 2 οὐδὲν δ' ἀνύσας ἐπανῆλθεν. adde 127, 7 οὐδὲν ἐργασάμενος. porro ἐς οὐδὲν συμβαίνων invenitur 331, 5 ἐς οὐδὲν συμβαίνοντες ἀλλήλοις αὖθις ἐς πόλεμον καθίσταντο. 380, 23. 631, 20. praeteritum non exstat. eodem modo solum οὐ πείθων legitur quinquies 568, 8 οὐ πείθων δ' ἐς οὐδέτερα, ἐκ Γαλατίας ἤλαυνεν. 208, 15. 648, 5. 715, 4. 939, 15. accedunt similia eiusdem significationis verba 164, 10 διαπιπτούσης δὲ καὶ τῆσδε τῆς πείρας . . τὸ σημεῖον ἐπῆρεν, ubi διαπεσούσης Mendelssohn, quia in V post π una littera erasa est. sed cf. 218, 17 οὐδενὸς προκόπτοντος αὐτῷ . . τὴν χώραν

ἐπέτρεχεν. 487, 20 οὐκ ἐπιστρέφων δ'αὐτοὺς ἐς τὸ ἔργον οὐδ' ὥς, ἐξήλατο τοῦ ἵππου. huc quoque referendus mihi videtur esse locus 152, 19 τρίτον ἤδη πταίοντες . . στρατιάν τε . . κατέλεγον.

Atque his quidem locis qui diligentiori dictioni studeret usurum fuisse putes aoristo. praeterea tamen aoristur participiorum negatorum invenitur, ubi etsi non postuletur tamen ferri quidem potuit praesens. quorum participiorum duo potissimum genera sunt distinguenda. primum enim potest significari actio ea, quae quidem 'non evenit' ante actionem primariam, ita tamen ut illud 'non evenire' etiam permaneat, dum actio primaria perficiatur. notionem priorem aoristus, alteram praesens significat. velut 595, 10 τέλος οὐδὲν ἀναμείνας . . ἐξανίστατο: illud οὐκ ἀναμένειν factum est ante τὸ ἐξανίστασθαι, tamen etiam permanet, dum fit τὸ ἐξανίστασθαι. itaque 619, 17 praesens legitur τὴν ἀργίαν οὐκ ἀναμένων ἐκέλευε. atque praesens quidem huius verbi legitur locis quattuor 277, 6. 477, 26. 619, 17. 713, 20. aoristus duodecim 455, 17. 520, 24. 595, 10. 598, 6. 614, 2. 627, 13—14. 650, 4. 734, 14. 773, 7. 803, 20. 1127, 23. 1163, 6. semper οὐ φροντίσας sex locis 61, 10. 356, 2. 412, 15. 588, 7. 703, 19. 732, 7. simile ἀμελήσας multis locis. usitatissima Appiano sunt aoristi participia verborum 'non cunctandi' οὐδὲν ὀκνήσας, οὐδὲ μελλήσας, ut 777, 8 οὐδὲ μελλήσας ἀπεκρίνατο. nonnullis locis praeter rem editores praesens restituere conati sunt: 497, 9 οὓς . . ἔκτεινας, οὐκ ἀποσχόμενος οὐδὲ τῶν . . συμφυγόντων, quod etsi hoc uno loco exstat, tamen non cum Mendelssohnio deleverim. certe servandus est locus 276, 6 τῶν Καρχηδονίων ὑπ' ἐκπλήξεως οὐδὲν ἀποκριναμένων ἐπεῖπε, ubi Nauck praesens proposuit. numeris fere paria sunt huius verbi participia praesentis et aoristi. in verbis 'non tradendi' praesens praevalet. semper οὐκ ἀπο-ἐκ-διδούς octo locis 52, 6. 71, 10. 354, 12. 524, 5. 674, 8. 713, 23. 1078, 19. 1115, 21. οὐ μεθιείς novies scriptum 883, 9 σαφὴς ἦν ὁ πόλεμος, Δέκμου τὴν Κελτικὴν οὐ μεθιέντος 'non tradidit atque pergit retinere'. 258, 3. 566, 20. 679, 5. 781, 5. 958, 25. 1006, 6. 1083, 26. 1116, 23. tamen etiam οὐ μεθείς legitur duobus locis 670, 2 οὕτω γενέσθαι συνηνέχθη . . Καίσαρος τὴν ἀρχὴν οὐκέτι μεθέντος: hoc enim evenit, postquam Caesar

diem (nos: termin), qua magistratu se abdicare debuit, praetermisit. perperam igitur Mendelssohn μεθιέντος. idem aoristus 1109, 12 τὸν καιρὸν οὐ μεθεὶς ὑπεκρίνατο. generis passivi unum verbum huc est referendum οὐδὲν δεηθείς (= nihil indigens) velut 570, 3—4 ἑαυτὸν . . ἄρχοντα ἀποφῆναι . . οὐδὲν αἱρέσεως . . ἔτι δεηθείς. item 1008, 5. 1141, 5. ubi non negatum est participium, semper praesens invenitur.

Alterum est genus verborum 'non ferendi' οὐ φέρειν, οὐχ ὑφίστασθαι, οὐχ ὑπομένειν, οὐκ ἀνέχεσθαι. longe plurimis locis non tam de tolerando agitur, quam de facultate tolerandi. illud autem 'non posse' permanet etiam, cum ipsa tolerandi actio iam finita est, quare praesens exspectamus. sed Appianus, cum illud 'non posse' omitteret significare, actionem ipsam expressit quasi praeteritam ob eamque causam aoristo saepius usus est quam praesenti ut 365, 13 τὴν ὄψιν οὐκ ἐνεγκόντες . . τὰς πύλας αὖθις ἀπέκλειον = cum ferre non possent. atque ratio inter tempora illa intercedit haec: praesens exstat locis sedecim 28,15. 125, 25. 128, 3. 151, 19. 160, 13. 161, 1. 281, 1. 339, 26. 454, 20. 533, 27. 582, 25. 844, 2. 912, 13. 955, 21. 973, 16. ib. 19, aoristus quindecim 83, 13. 365, 13. 398, 16. 417, 25. 575, 9. 614, 1. 763, 7. 778, 3. 787, 19. 792, 8. 830, 26. 957, 7. 959, 11. 977, 22. 984, 6. οὐχ ὑφιστάμενος legitur locis septem 395, 17. 589, 17. 621, 3. 688, 3. 950, 14. 977, 13. 1137, 14. οὐχ ὑποστάς decem 142, 12. 177, 6. 414. 2. 419, 8. 744, 8. 925, 25. 967, 11. 980, 5. 1002, 21. 1149, 4. οὐκ ἀνεχόμενος semel 1040, 17. οὐκ ἀνασχόμενος duodecies 29, 2. 253, 20. 344, 24. 635, 6. 668, 13. 748, 22. 826, 8. 831, 5. 920, 27. 922, 14. 965, 18. 978, 17. solius οὐχ ὑπομένειν verbi aoristus non invenitur. praesens: 982, 27. 1005, 14. horum igitur verborum negatorum aoristus praevalet.

Restat, ut examinemus participia aoristi ea, quae ad praesens accedere videntur. primum huc referenda sunt verba sentiendi etc., quorum aoristo (ingressivo) non actio praeterita sed initium actionis significatur. ut ἐλπίζων est 'sperans', ἐλπίσας 'spe captus'. δεδιώς (quod praesentis vice fungitur) 'timens', δείσας 'timore captus'. cuius generis aoristi ne apud Appianum quidem desunt. (at cf. ea, quae antea dixi de iisdem passivi generis participiis). ut autem

appareat, quae ratio intercedat inter praesens et aoristum, non opus videtur, omnia verba affere; satis est participia maxime usitata comparare. νομίζων triginta duo locis legitur, νομίσας viginti sex; ἐλπίζων viginti quinque, ἐλπίσας quadraginta uno. idem est usus participiorum δοκῶν-δόξας; δικαιῶν-δικαιώσας; εἰκάζων-εἰκάσας; ὑπολαμβάνων-ὑπολαβών etc. huc quoque spectant aoristi medii, velut τεκμαιρόμενος quinquies, τεκμαιράμενος quater exstat. de ὑποκρινάμενος iam dixi. sequuntur verba affectum: δεδιώς septuaginta novem, δείσας sexaginta octo locis scriptum est. eodem modo cetera verba timendi adhibita sunt, maxime ubi negatio addita est: οὐδὲν ὑποπτήξας, ex. gr. 116, 5 οὐδὲν ὑποπτήξας ὑπέστη (τὸν Οὐρίατθον), porro οὐδὲν ἐνδοιάσας, οὐδὲν ὑποτοπήσας, οὐδὲν ὑπονοήσας. item δυσχεραίνων tredecim, δυσχεράνας octo locis, χαλεπαίνων tredecim, χαληπήνας decem locis legitur. quin etiam nonnullorum verborum aoristus praevalet, ut ἀπογιγνώσκων octo, ἀπογνούς viginti tribus invenitur locis. quibus ex exemplis efficitur, horum verborum aoristum ingressivum non postpositum esse praesenti.

Graeci participio aoristi uti solent etiam ubi una eademque actio et participio et verbo finito significatur. participium aut modali vi praeditum est, aut qua in re constet actio verbi finiti exprimit. prioris generis maxime nota sunt verba λανθάνειν, φθάνειν. atque primum quidem longe usitatissima λανθάνειν verbi structura apud Appianum est λαθών participium cum verbo finito coniunctum. quadraginta enim tribus locis legitur. sequitur λανθάνων locis duodeviginti. multo pauciora sunt exempla λανθάνειν verbi cum participio coniuncti. participium, enim aoristi duodecies λανθάνειν verbo (finito) adhaeret· praesentis duobus. paulo diversus est usus φθάνειν verbi longe enim plurimis locis φθάνειν cum participio aoristi coniunctum est: novies. sequitur numero φθάς (φθάσας) conexum cum verbo finito: quinquies. tertio loco ponendum est φθάνειν verbum cum participio praesentis coniunctum: bis. φθάνων verbo finito adhaerens non invenitur [1]). huc quoque

---

[1]) φθάνειν tam raro legi aut coniunctum cum participio aut ipsum verbo finito adhaerens ex eo efficitur, quod saepe cum infinitivo conexum est locis viginti uno. 89, 24. 179, 1. 289, 5. ib. 14. 406, 4.

referendum censeo esse locum 552, 18 οἱ μὲν δὴ τὸν ἵππον ἔφθασαν αὐτοῦ κτεῖναι φυγόντος, ubi φεύγοντος Mendelssohn. ego potius ex falsa κτείναντες participii analogia aoristum natum puto esse, cum φθάνειν verbo non κτείναντες participium sed κτεῖναι infinitivus adhaereat. eiusdem generis multa inveniuntur verba ut 167, 11 δακρύσας εἶπε, item 629, 13; praesens non exstat. γελάσας quattuor locis 41, 6 ἐπιγελάσας ἔφη. 379, 15. 800, 25. 947, 17. γελώμενος semel 71, 12, γελῶν non invenitur. σκώπτων 446, 8. 666, 24. 832, 11. 863, 27. 926, 18. 1040, 21. σκώψας semel 43, 15. ἐπιτωθάσας 1033, 19, ἐπιτωθάζων saepius sed non praedicativo sensu, velut 341, 4 potius est participium imperfecti quod dicitur de conatu. ἐπιμειδιῶν 634, 13. 782, 2. ἐπιμειδιάσας 799, 19. χλευάζων 838, 8, χλευάσας 837, 6. alterum genus est participiorum eorum, quae instrumentali potissimum vi praedita explicant, qua in re constet actio primaria, ut Plat. rep. VIII 551 AB νόμον τίθενται ταξάμενοι. etiam haec aoristi participia apud Appianum inveniuntur; haud tamen multa eius usus sunt exempla. δίκην διδόναι semper cum aoristo coniunctum est duobus locis 47, 13 ἡττηθέντες, 53, 8 πολλοὺς ἀποβαλών. 275, 2—3 ἔργῳ ταῦτα ἐπιδείξατε . . ἀνοικισάμενοι . . ἐκστάντες. 439, 24 ἐπιτοξεύσασα ἔκτεινεν. 493, 9—10 ἔχθραν . . ἐπεδείξατο . . τοὺς . . Ἰταλιώτας . . λυμηνάμενός τε καὶ κτείνας. Mendelssohn λυμηνάμενος κτείνων, qui omnino hanc aoristi structuram coniecturis studet delere. 585, 9 ἐπεβούλευε . . σιτηρέσιον ἔμμηνον ὁρίσας. 665, 10 τὴν ἀρχὴν . . ἀνεῖλεν ἀσθενεστάτην ἀποφήνας καὶ νόμῳ κωλύσας. 756, 18—20 δοκεῖ . . τόδε . . ἀφρόνως ἐργάσασθαι, τῶν μὲν νεῶν καταφρονήσας . . ἐν δὲ ἀγῶνι πεζῷ συνενεχθείς. praesens et aoristus coniuncta sunt 873, 11—12 ἔδειξαν ἐμὲ μὲν αἰτιώμενοι, τοὺς δὲ φονέας ἐκπέμψαντες. praesenti actio durans, cito facta aoristo significatur. 1014, 12 ἀμύνασθαι . . ἐπενόησεν ἐς τὸ σῶμα ἐπι-

---

461, 14. 477, 8. 482, 8. 520, 26. 523, 4. 527, 10. 552, 18. 578, 20. 594, 19. 622, 5. 636, 5. 747, 1. 782, 12. 860, 24. 1162, 5. 1187, 1. nonnullis praeterea locis φθάσας non praedicativum sed appositivum putandum est ut 139, 25; invicem 221, 22 etc.

βουλεύσασα. nimirum praesens multo est frequentius adhibitum. quin etiam uno loco 185, 1 invenitur, ubi aoristum exspectamus.

Haec habui, quae dicerem de praesentis et praeteriti temporum participiis.

II

Quae ratio intercedat inter participia praesentis et futuri.

In futuro non solum temporalis inest vis, sed, cum id quoque quod fieri aut velis aut iubeas futurum sit, etiam finalis notio iussumque inesse potest. ex ipsa rei natura efficitur, cum talis sit varietas actionum futurarum, non posse unam eandemque valere causam, cur praesens futuri vice fungatur. itaque temporum rationem examinanti mihi optimum visum est, haec tria futuri temporis genera seorsum tractare.

A. De futuro temporali.

Praesens pro futuro ab optimis scriptoribus, imprimis a Thucydide, saepe consulto scriptum est, ut res futura quasi certa atque praesens significaretur, velut Thuc. III 18, 1 ἐπὶ Μήθυμναν ὡς προδιδομένην ἐστράτευσαν. quem usum Appianus non est imitatus. ubi apud hunc scriptorem praesens invenitur pro futuro, ex dicendi quadam indiligentia natum id est. atque huius quidem generis multa sunt exempla.

In ipso γίγνεσθαι verbo inesse videtur futuri quaedam vis. 727, 1 legimus de navibus iis, quae parari ne coeptae quidem sunt: ναυάρχους αὐτοῖς (sc. νεῶν στόλοις) ἔτι γιγνομένοις ἐπέστησεν Ὁρτήσιον. eodem modo ἐφεδρεύειν, cui semper fere futuri participium adhaeret, tribus locis cum praesenti coniunctum est 689, 17 τοῖς γιγνομένοις ἐφεδρεύειν. item 1107, 8. huc quoque spectat locus 1089, 9 τὴν

στρατιὰν ὅση τοῖς γιγνομένοις ἐφήδρευε, παρ' αὐτὸ τὸ τεῖχος ἵδρυσεν [1]). item καραδοκεῖν bis cum praesenti coniunctum est 953, 8 ἐκαραδόκει τὸ γιγνόμενον. 1086, 18 χρῆναι δ' ἔτι καραδοκεῖν τὰ γιγνόμενα. item ἀναμένειν semel 816, 19 ἀναμένων ἅμα τὰ ἐν τῷ δήμῳ γιγνόμενα. cum his exemplis praesentis usus comprobatus sit, Mendelssohnio concedere non possum, 378, 21 μὴ τῶν γιγνομένων τὸν ἔπαινον 'Αννίβας ἀποφέροιτο scribendum esse γενησομένων. videtur enim illud γίγνεσθαι praesens et futurum una complecti, 'quae fiunt', simili modo ac μέλλων. accedit, quod γενησόμενος perraro legitur apud Appianum novem locis 111, 16. 189, 22, 271, 17. 444, 27. 450, 13. 572, 10. 670, 26. 808, 23. 1080, 14, cum ἐσόμενος quinquaginta, μέλλων septuaginta septem locis inveniatur. μέλλων participium maxime ubi substantivi instar est adhibetur: τὸ μέλλον locis quinquaginta tribus. nonnulla verba cum solo hoc neutro participii coniuncta sunt περισκοπεῖν, περιορᾶν novem locis 86, 20. 189, 20. 202, 5. 297, 16. 628, 5. 632, 24. 643, 1. 662, 2. 803, 10, προορᾶν quattuor 215, 17. 157, 8. 184, 6. 276, 11. deinde ἐς τὸ μέλλον sive ἐς τὰ μέλλοντα triginta novem locis scriptum est. minus usitatum est neutrum substantivum ἐσόμενος participii, cum tredecim solum locis inveniatur.

Multa praeterea alia exstant exempla praesentis pro futuro adhibiti. 27, 15. εἰ τοσῶνδε ἀνδρῶν δύναιτο κρατῆσαι μαχομένων ἐξ ἀπογνώσεως 'qui pugnaturi sunt'. idem verbum 136, 23—24 οὐ δοκιμάζων ἀνδράσιν ἐξ ἀπογνώσεως μαχομένοις συμπλέκεσθαι. 137, 12 τοὺς κωλύοντας εἶχεν ἱκανῶς ἀπομάχεσθαι, ubi futurum Nauck proposuit. 262, 9 τὴν γνώμην ὑπώπτευον, οὐκ ἐπὶ συνθήκῃ βεβαίᾳ τὰ ὅμηρα παρέχοντες. 'se non esse tradituros' 271, 22—23 οὐδείς πω κατέσκαψε πόλιν . . καὶ εἴ τις ἔστιν . . ἄλλη ζημία, καὶ ταύτην παθεῖν ὑπομένουσαν. Nauck futurum postulat. 279, 6 ἐπεγέλων τε αὐτοῖς ὡς θεῶν ἀμυνομένων αὐτούς. 294, 19

---

[1]) Falsa enim sunt, quae Candidus transtulit 'exercitum omnem, qui rebus gestis interfuerat'. immo ex verbis insequentibus ἵνα διδαχή τε σφίσιν . . εἴη apparet, milites illos esse custodes fossae aggerisque, quibus munimentis Caesar Perusiam circumdedit. interpretandum igitur est 'qui observabant quid hostes essent molituri'.

τοῖς προφύλαξιν εἰπὲ δέχεσθαι τὸν νυκτὸς ἀφικνούμενον 'qui venturus sit' 443, 5—6 προύπεμπε τοὺς πρέσβεις ὡς . . ἑπόμενος 'quasi secuturus'. 488, 15—17 παρεκάλει . . ἐκπονῆσαι . . τὸ ἔτι λείψανον, ὡς τῶν πολεμίων αὐτὸν οὐδ' ὑφισταμένων. 565, 18—19 ἡ βουλὴ καὶ ὁ δῆμος ἐς αὐτὰς (sc. τὰς ἀρχὰς) ἐμερίζετο, ὡς . . ἐπικρατοῦντες cf. Schweigh. ed. III p. 678 adn. ad. l. 19. 742, 11 ὡς δή τινι πεμπομένῳ πρὸς Καίσαρος ἔμελλον ἑτοιμάσειν 'quem Caesar missurus sit'. 1008, 16 ὡς γὰρ οὐκ ἔχουσι . . τροφάς, ἐδόκει . . διακλεῖσαι. 1076, 18—19 futurum et praesens coniuncta sunt συνέδριον τοῖς κρίνουσιν ἐγίγνετο καὶ βήματα τοῖς ἐροῦσιν. tamen cum in hoc verbo saepe accentus transpositus sit — 1074, 19 κρινεῖν O, κρίνειν i, cum futurum postuletur. invicem 1018, 7 κρινοῦσιν (ind.) libri, ubi recte Schweighaeuser κρίνουσιν — hoc quoque loco futurum restituendum esse censeo. 1080, 14—15 πόσα χρὴ χωρὶς τῶν ἀπολλυμένων ἀνδρῶν κακοπαθῆσαι 'praeter morituros', cum 646, 4 futurum adhibitum sit. haec huius usus sunt exempla. nempe futurum multo frequentius invenitur; exstat enim centum viginti uno locis. usitatissimum Appiano est futurum cum ὡς particula coniunctum sensu aut causali aut comparativo. septuaginta enim quinque eius generis sunt exempla.

B. De futuro finali.

Verum non solum huius modi locis, qui ipsum tempus attingunt futurum, sed etiam ubi conatum rei faciendae, studium consiliumve, iussum denique futuri participio Graeci significare solent, ibi Appianus praesens admisit eadem indiligentia ductus. atque confusio haec quoque unde orta sit, haud difficile est intellectu. saepe enim penes scriptorem est, utrum actionem exprimere malit praesentem an futuram, velut 636, 13 ἔθει . . τοῦτο δηλώσων non potest explicari nisi ita, ut τὸ θεῖν ante factum sit atque iam finitum, cum incidat τὸ δηλοῦν. at 188, 6 γράμματα ἔπεμπε δηλῶν, illud πέμπειν potest quidem ita intellegi, ut duret usque ad reditum legatorum. δηλῶν igitur non significat actionem futuram, sed simul gestam cum τῷ πέμπειν. hic autem durior praesentis usus intentus atque auctus est scriptoris indiligentia ad hunc

modum, ut praesens etiam inveniatur, ubi actio quaedam non potest intellegi nisi futura. accedit alia causa. inest etiam in nonnullorum verborum praesenti et imperfecto conatus rei faciendae, ut 335, 15 ὁ Περσεὺς ἑτέρους ἔπεμπε πρέσβεις, τὴν ὑπόνοιαν ἐκλύων 'solvere conatus', nam ei non contigit, ut suspicionem tolleret. adde locum Euripideum Phoen. 81, ubi Iocasta: ἐγὼ δ' ἔριν λύουσ' ὑπόσπονδον μολεῖν ἔπεισα παιδὶ παῖδα 'solvere studens'. sed ubi non tam conatus exprimendus est, quam certa quaedam res futura, etiam horum verborum futurum postulatur, ut 174, 15 προδιδοὺς αὐτὸν ἔπεισεν in participio inest studium prodendi, at 216, 21 ᾤχετο . . παραδώσων τὴν Σοφωνίβαν actio vere futura significatur. itaque cum non magis ex verbi finiti quam ex ipsius participii significatione praesens intellegi possit, singula participia nobis sunt examinanda.

Atque primum quidem nonnulla inveniuntur verba, quorum nusquam Appianus usus est futuro. huc potissimum referenda sunt verba curandi et serviendi, ut θεραπεύειν undecim locis 147, 15 λάφυρα πολλὰ διέπεμπε ἐς Καρχηδόνα θεραπεύων τὸ πλῆθος. 79, 24. 256, 23. 291, 3. 375, 1. 668, 13. 716, 4. 793, 20, item composita προθεραπεύων 599, 17, ἐκθεραπεύων 698, 19, ἀντιθεραπεύων 860, 21. porro θηρεύων 155, 4. χαριζόμενος 446, 1. δημοκοπῶν tribus locis 384, 25—26. 458, 27 — 459, 1. 727, 24. simile 726, 8—9 ἐνσημαινόμενος φιλανθρωπίαν. 458, 6—7 δόξαν ἐμποιῶν . . φιλανθρωπίας. quae participia, etsi non pro futuro scripta sint — futura enim actio non significatur — tamen finem sive consilium exprimunt eius qui agit. saepe enim nihil interest, utrum res sic quasi a scriptore ipso explicetur, an ex animo eius qui agit scripta videatur. ut 375, 1 Πτολεμαίῳ ἔστελλε Κλεοπάτραν . . θεραπεύων ἤδη τὸ μειράκιον: in θεραπεύων inest consilium Antiochi, tamen non ex Antiochi mente id dictum sed a scriptore additum, ut initium studii illius intellegatur. hac autem dicendi consuetudine Appianus adductus est, ut iis quoque locis, quibus studii consiliive notionem exspectamus, tamen praesentis participium adhiberet. actionem igitur ipsam significavit pro intentione agendi. ita idem verbum legitur 668, 13 ὁ δῆμος τὸν Σύλλαν θεραπεύων ᾑρεῖτο ὑπατεύειν, a Candido illud quidem translatum 'quo Syllae obsequeretur'. nec fugisse ipsum scriptorem, desiderari his locis intentionis significationem, ex eo apparet, quod nonnunquam alia structura usus expressis verbis notavit finem. sic ἵνα adhibuit 155, 6—7 τὴν λείαν τοῖς Κελτοῖς ἀποδόμενος, ἵνα καὶ τούσδε θεραπεύσειε τῷ κέρδει, etsi paucis versibus ante legatur τοὺς μὲν . . ἀπέλυσεν . ., θηρεύων . . τὰς πόλεις. item ἐς praepositione usus est 927, 12 μεθῆκεν ἅπαντας ἐς δόξαν φιλανθρωπίας, 1068, 14 εἶξε δὲ ἐς χάριν Ἀντωνίου.

Idem dicendum est de ἀναμένων, καραδοκῶν participiis, idemque de verbis adhortandi. semper προτρέπων legitur permultis locis, item ἐρεθίζων quinquies 125, 24. 267, 8. 814, 20. 823, 5—6. 628, 24 ἐξέδραμεν ἐς τὰς πόλεις . ., ἐρετίζων ἅπαντας. illud ἐκδραμεῖν etsi anticedit τῷ ἐρεθίζειν, tamen non semel factum sed saepe repetitum est (= περιῄει), quam ob rem simul fit cum τῷ ἐρεθίζειν. verba similia 114, 12—13 ἠκροβολίζετο τοῖς ἰδίοις ἐντιθεὶς θάρσος. 185, 10 περιῄει . . ἐπελπίζων. 227, 19 ἐπέτρεχε τοὺς ἰδίους ἐπισπέρχων. simili modo adhibitum est παραιτούμενος participium bis 278, 2 ὅσα ἀντέλεξαν . . παραιτούμενοι. 1093, 6 τάδε λέγω οὐ παραιτούμενος.

Atque his quidem locis actio ipsa non tam pro futuro quam pro intentione agendi posita est. hac autem dicendi consuetudine factum est, ut iis quoque locis, quibus actio vere futura erat significanda, tamen praesentis participium inveniretur. eius generis sunt verba conciliandi, ut ἑταιριζόμενος, quod bis legitur 416, 22 Ἀντίοχον . . κατάγουσι ἑταιριζόμενοι τὸν ἄνδρα. 451, 22 ἐς Αἴγυπτον καὶ Συρίαν περιπέμπει, ἑταιριζόμενος τοὺς βασιλέας. at 466, 20 ἔπεμπε προσεταιριούμενον sensu iussivo. item εὐμενίζεσθαι 981, 1 Σεξτίῳ προσέθετο, εὐμενιζόμενος δι' αὐτοῦ Καίσαρα. οἰκειοῦσθαι tribus locis 1163, 16—17 τὸν . . στρατὸν οἰκειούμενος, αὐτῷ συνεχώρει διαρπάσαι. 901, 17 ὁ μὲν οὑτωσὶ τὸν στρατὸν οἰκειούμενος ὑπήγετο. 1010, 20 ἀνεπλήρουν τὰς . . δωρεάς, . . οἰκειούμενοι . . αὐτούς. porro 696, 8—12 γῆν αὐτοῖς διένεμε, . . ἔμμισθον ἑαυτῷ . . πλῆθος τοσόνδε ποιούμενος. 587, 6—7 ὁ δὲ Γράκχος καὶ ὁδοὺς ἔτεμνεν, . . πλῆθος ἐργολάβων . . ὑφ' ἑαυτῷ ποιούμενος. relinquitur προσποιούμενος participium tribus locis 447, 15 εἴτε τὴν ἀρχὴν αὐτοῦ περιποιούμενος Μακεδόσιν . . ἐκρέμασεν. 445, 19 ἣν περι-

ποιῶν ἐς τὴν Ἀσίαν ἐσβαλεῖν. 673, 8 τοὺς Ἰταλικοὺς προσποιούμενος ἔλεγεν, ὅτι τὴν γῆν . . ἀποδώσει. quibus locis omnibus participio significatur actio quae geretur finita actione primaria.

Παρακαλῶν octies adhibitum est. 160, 5 ἔγραφεν . . τῷ ἀδελφῷ παρακαλῶν αὐτόν. 223, 10 πρέσβεις ἔπεμπεν ὑπομιμνήσκων τε . . καὶ παρακαλῶν. 297, 25 ἔπεμπον παρακαλοῦντες ὁμοῦ καὶ διδάσκοντες. 381, 1—2 ἧκον . . πρέσβεις παρακαλοῦντες. 527, 7 ἔπεμπον . . ἐπικουρεῖν σφίσιν παρακαλοῦντες. tribus locis 163, 16. 628, 21. 809, 18 de actione repetita agitur.

Verba terrendi ter inveniuntur. 249, 26 ἐξεῖπε . . ἐπιπλήττων. 890, 13—14 τὴν στρατιὰν καταπλησσόμενος . . διεκλήρωσεν. 915, 19 ἐπέστελλεν ἐκφοβῶν αὐτούς. cum nusquam futurum scriptum sit, 354, 6 Nauckii coniecturam non probo: Ῥωμαῖοι . . πρέσβεις ἔπεμψαν ἐπιπλήξοντας αὐτοῖς libri; Nauck ἐπιπλήξοντες. at accusativus futuri usitatissimus est Appiano 923, 6 προύπεμπε . . τοὺς ἐκφοβήσοντας. cum ὡς coniunctum semper futurum legitur 197, 21—22. 641, 9. 994, 13.

Verborum precandi unum αἰτεῖν semper est praesens quinque locis. 52, 5 αὐτοὺς ἐξαιτοῦντες . . στρατεύουσιν ἐπί. hoc loco praesens admitti potest, sed ceteris locis futurum exspectamus. verbis enim mittendi participium adhaesit 110, 20. 279, 19. 549, 28. 552, 23. at 279, 14 ἐξέτρεχεν αὐτοῦ δεησόμενος. cf. 1093, 8 τάδε λέγω . . ἵνα . . αἰτήσω συγγνώμην.

Λύων quinque locis legitur. 335, 15 ὁ Περσεὺς ἑτέρους ἔπεμπε πρέσβεις, τὴν ὑπόνοιαν ἐκλύων. actio futura participio significatur. item 643, 7 τὴν δ' ὑπόνοιαν διαλυόμενος ἦλθε, ubi Mendelssohn futurum proposuit. 862, 20 τὴν ὑπόνοιαν ἐκλύων ἐψηφίσατο. 902, 13 ἑτοίμως ἐσέφερον διαλυόμενοι τὴν διαβολήν. 1128, 7 τὴν ὑπόνοιαν ὁ Καῖσαρ ἐκλύων ἐπέστελλε τῇ πόλει. (Mendelssohn futurum). cum variis igitur verbis coniunctum participium semper praesens est.

Αἰτιώμενος quater scriptum exstat. 48, 24 ἐξέπεμπεν ἐς Ῥώμην αἰτιώμενος τοὺς Φαβίους. cum verbis mittendi cetera quoque participia coniuncta sunt 156, 25. 504, 6. 690, 22—23. at 545, 6 ᾔει . . κατηγορήσων.

Βλάπτων bis studium nocendi significat. 216, 9 ταῦθ' ὃ μὲν ἔλεγεν, εἴτ' ἀληθεύων εἴτε . . Μασσανάσσην βλάπτων. 1008, 12 ὑπέμενε . . βλάπτων ut noceret navibus adventuris.

Πυνθανόμενος. 337, 22 ἔπεμπεν ἐς Ῥώμην ἀπορῶν τε καὶ πυνθανόμενος. 365, 5—6 αὐτῷ . . προσέπεμψαν πυνθανόμενοι τίνος χρῄζει.

Τινύμενος. 437, 6 ταῦτα τινύμενος Λαοδίκην τε ἔκτεινεν. praesens defendi potest. at 793, 24 ἐπενόει στρατείαν . ., Παρθυαίους . . τινύμενος.

Τιθέμενος. 547, 10—13 πρέσβεις ἀφίκοντο, οἱ μὲν Τιγράνους ὡς φίλῳ συμμαχεῖν τὸν Πομπήιον ἀξιοῦντες, οἱ δὲ τοῦ Παρθυαίου φιλίαν . . τιθέμενοι. participio hoc declarari conatum foederis apparet ex priore ἀξιοῦντες. 602, 22 κρύφα τε διεπρεσβεύοντο συντιθέμενοι περὶ τῶνδε.

Ἀποπειρώμενος. 341, 4 ὁ Περσεὺς . . εἴτ' ἀποπειρώμενος ὅπως . . ἔχοι, . . εἴτ' ἑτέρῳ τῳ λογισμῷ προσέπεμπεν. inesse enim 'velle' in participio, ex altero membro efficitur. simile 1103, 20 ὁ μὲν οὕτως εἶπεν, εἴτε πειρώμενος τοῦ Λευκίου, εἴτε . . ἐθέλων. 1109, 14 πειρώμενος ἤρετο. at 1048, 18 ἔπεμπεν ἀποπειράσοντας.

Verba insidias parandi. 180, 3 ὅτι ταῦτ' . . Ἀννίβας ἐκήρυξεν ἐνεδρεύων. 205, 3 ἀντενεδρεύων δὲ . . ἧκεν. 255, 11 ἐνεδρεύων αὐτὸν ὑπεχώρει . . οἷα φεύγων. 793, 23 ἐπενόει στρατείαν . ., Γέταις μὲν προεπιβουλεύων. 378, 15 ἔπρασσον δὲ ταῦτ', ὕποπτον ἐργαζόμενοι γενέσθαι τῷ βασιλεῖ τὸν Ἀννίβαν.

Ἀμειβόμενος. 389, 15 Φίλιππόν τε τῆς συμμαχίας ἀμειβόμενοι τὸν υἱὸν αὐτῷ . . ἔπεμψαν. 500, 2 συμμαχίας ἀμειβόμενος . . ἐλευθέρους ἠφίει.

Restat ut afferam participia praesentis ea, quae semel exstant. 56, 12 ἐς Πτολεμαῖον ἐπρεσβεύοντο, δισχίλια τάλαντα κιχρώμενοι. 384, 25—27 τὰ λείψανα ἔθαπτε . . Φίλιππον διαβάλλων. 385, 9 πῦρ πολὺ ἤγειρεν, ἐπικρύπτων τὴν ὀλιγότητα. 398, 25 ἠπείχθη ἐπανελθεῖν, φθάνων τοὺς πολεμίους. 448, 23 Ῥωμαῖοι δ' αὐτὸν ἐκστῆναι Καππαδοκίας ἐκέλευσαν . . ἢ τὸ μέγεθος ὑφορώμενοί τε καὶ ἐς πλέονα διαιροῦντες ἀφανῶς = distracturi. 530, 7—9 ἀνεζεύγνυ, τὰ . . Λεύκολλον . . προαφαιρούμενος. 580, 23 — 581, 2 τὸ κράσπεδον . . περιεσύρατο εἴτε . . ἐπισπώμενος, εἴτε . . ποιούμενος, εἴτε . . ἐγκαλυπτόμενος Candidus: sive . . excitaturus, sive . . futurus aptior, sive . . praebiturus, sive ut. 706, 1 θεράπων . . εἴτε κεκελευσμένος, εἴθ' ὡς ἐχθρὸν δεσπότου κτείνων, ubi Schweighaeuser κτε-

νῶν proposuit probante Mendelssohnio. sed illud ὡς non ad κτείνων pertinet, sed ad ἐχθρόν 'inimicus domini cum esset'. 793, 17—19 ὃ δὲ εἴτε ἀπογνούς, εἴτε κάμνων καὶ ἐκκλίνων . . τὴν διαβολήν, εἴτε . . ἀφιστάμενος, εἴτε νόσημα θεραπεύων: tria participia studium significant vitandi, relinquendi, curandi. 872, 24 οὐ μὴν ἐγὼ μετὰ τῆσδε τῆς γνώμης ἐποίουν, ἀλλ' ἀνατιθέμενος τὴν δίκην. 968, 2 ὁ πρεσβύτης μεταμορφῶν ἑαυτὸν ἐπεδήσατο διφθέραν ἐς τὸν ἕτερον ὀφθαλμόν. 1065, 14 σχῆμα ἰδιώτου . . ἔχων, εἴτε . ., εἴτε τὴν χειμασίαν ὡς πανήγυριν ἄγων. 'sive ut in hibernis festos dies celebraret'. antea vidimus, his praesentis participiis alia enuntiati membra respondere, quae finem expressis verbis significabant ut ἵνα 155, 7. 1093, 6—8, ἀξιοῦντες 547, 12, ἑτέρῳ τῳ λογισμῷ 341, 4—6, οὐ μετὰ τῆσδε τῆς γνώμης ἀλλ' 872, 23 etc. itaque non est mirum, futuri et praesentis participia coniuncta exstare 949, 15 καὶ πλείους ὀψόμενοι συνέθεον ἢ ἀκροώμενοι, cuius generis paulo infra exempla alia nobis occurent.

Proximum est, ut participia ea afferamus, quorum modo futuro, modo praesenti Appianus usus est. βοηθῶν bis legitur. 127, 13 ἔρχονται βοηθοῦντες. 913, 4 ἀφίκετο αὐτῷ βοηθῶν. totidem locis futurum invenitur 419, 16 ᾔει . . βοηθήσων, idemque verbum finitum 981, 20. nempe ubi ὡς additum est, ubique legitur futurum 206, 8. 1148, 2.

Δηλῶν. 188, 6 γράμματα . . ἔπεμπε δηλῶν ὅτι παρείη. adde 192, 4 ἐπρέσβευον τὴν . . ἀνάγκην . . ὑποδεικνύοντες. 215, 15 ἀφίκοντο πρέσβεις τὴν ἀνάγκην διηγούμενοι. futurum duobus locis 341, 23 ἔθει . . δηλώσων, item 636, 13. μηνύων 205, 4 μηνύων πάντα τῷ Σκιπίωνι ἧκεν. futurum semel 800, 2 ἔθει μηνύσων.

Σώζων bis 1003, 17 ἡ . . μήτηρ περισώζουσα τὸν υἱὸν εἵπετο. simile 952, 8 τὸν ἄνδρα περισώζουσα ἀπετύγχανε. conatus inest in participio. futurum uno loco 909, 1 οὐ πάρειμι περισώσων.

Στρατολογῶν, similia. futurum semel exstat 727, 17 ἐς . . ἐχώρουν, ἕτερον στρατὸν ἀθροίσοντες. 690, 6 ἐς . . ἐχώρει στρατολογῶν, cum paulo supra scriptum sit, ἐξῄει . . ὡς . . ἀθροίσων. 1073, 8 διέδραμεν ἐς . . συλλεγόμενος φρουρὰν τῷ σώματι, ubi συλλεξόμενος Mendelssohn. duobus locis aliis 525, 1 et 880, 11 (περιῄει) de actione iterata agitur.

Σκεπτόμενος, similia locis quinque. 774, 10 τὴν χώραν θεώμενος περιέπλει. Candidus 'quo regionem perlustraret', quem probans Mendelssohn θεασόμενος coniecit. nusquam circumeundi verbis futurum adhaesit cf. 139, 17. 185, 10. praeterea praesens legitur 1172, 17 διεπρεσβεύετο πρὸς αὐτὸν . . ἔργῳ δὲ τὰ 'Αντωνίου κατασκεπτόμενος. 479, 21—22 ἐβράδυνε τὰ χωρία . . περισκοπούμενος. futurum duobus locis invenitur 93, 12 ἔς τινα λόφον . . ἀνέδραμε, τὸ ἔργον . . ἐποψόμενος. 431, 18 ὅτε . . παρίοι . . ἐπισκεψομένη.

Διδούς est 'offerens'. 87, 11 μάχης δὲ οὐκ ἦρχε διδοὺς ἔτι . . μεταγνῶναι. 174, 15 προδιδοὺς αὐτὸν ἔπεισεν. 218, 9 ὡς ἀφίκοιτο Σκιπίωνι διδοὺς ἑαυτόν. 450, 6 ὑπεχώρει, πολλὰ . . διδοὺς ἐγκλήματα. simile v. 14 εὐπρεπεστέρας αἰτίας . . πορίζων ἀνεμίμνησκε φιλίας. cf. 1166, 25—28 οὐδ' ἑτέροις ἐπέτρεπε διώκειν . . πρόφασιν ἕξων. etiam actio vere futura praesenti expressa est. 215, 13 ἀφίκοντο πρέσβεις . . παραδιδόντες. futurum tribus locis exstat 29, 3 οὐκ ἐνδωσόμενοι . . ἧκειν. 216, 21 ᾤχετο . . παραδώσων. 1060, 13 διαδώσων ἄπεισιν.

Verba requiescendi. 154, 13 σμικρὸν διέτριψε, τὸν στρατὸν διαναπαύων. 957, 2 ἐς . . ἕλος ἐνέπεσε, ἔνθα ἑαυτὸν διαναπαύων ἡσύχαζεν, ubi Mendelssohn futurum postulat. tamen his duobus locis actio potest quidem intellegi praesens. certe 771, 26—27 praesentis iustus est locus. futurum semel legitur 702, 8 ἧκεν . . . τὸν στρατὸν ἀναπαύσων.

Verba magistratus adeundi. 615, 22 ἐς 'Ρώμην ἀνέστρεφεν ἐς ὑπατείαν παραγγέλλων. futurum bis 368, 18 ἐς . . ἐπανῆλθε ὑπατεύσων. 285, 24 ἐς . . ᾤχετο ἀρχαιρεσιάσων.

Δεόμενος quattuor locis. 278, 1 ὅσα ἀντέλεξαν . . δεόμενοι. cum verbis mittendi coniunctum praesens est 354, 10. 590, 14. 621, 16. futurum uno loco 279, 14 καί τις ἐξέτρεχεν αὐτοῦ δεησόμενος

'Αμυνόμενος bis. 496, 11 τάδε . . ἀμυνόμενος ἐς τὴν σὴν ἐσβαλεῖν. 495, 17 ὅσα ἀμυνόμενος ἔπραττον. totidem locis futurum invenitur 736, 14 δεῦρο διεπλεύσαμεν . . ἀμυνούμενοι. 1108, 22 ὅτι . . συνέλθοιεν ἀμυνούμενοι.

Restat, ut consideremus verba ea, quorum solum futurum adhibitum est. ad undeviginti locos eos, quos iam attuli, accedunt quadraginta tres, ita, ut futuri finalis exempla exstent

sexaginta duo. perpauca participia pluribus locis leguntur: χειμάσων 108, 3 ἀνεζεύγνυε, 126, 5 idem verbum, 135, 26 παρῆλθε, item 1084, 8, μέλλων χειμάσειν 1124, 1—2. θύσων tribus locis 114, 5 διέπλευσεν, 337, 9 ἀνέβαινε, 412, 12 ἄπειμι. quattuor locis πελεμήσων 909, 1 πάρειμι, 1090, 17 ᾤχοντο, 1108, 9 ἥκειν idemque verbum v. 11. βιασόμενος bis 283, 5 ᾔεσαν, 303, 6 ἥκω. cetera futuri participia semel inveniuntur. 29, 4 ἥκειν . . συνάξοντες. 220, 1 διέπλεον . . ὁρκιοῦντες. 283, 4—5 ᾔεσαν . . ἐγχώσων . . βιασόμενος. 303, 5—7 ἥκω δὲ οὐ λῃστεύσων . . ἀλλὰ νικήσων . . χρηματιούμενος . . ἐξεργασόμενος. 328, 1 ἀντιλέξων ἀνίστατο. 393, 3 ἔπλει . . ὑποδεξόμενος. 505, 23—24 ἐπέμφθη . . ἐρῶν . . συναλλάξων. 540, 4—5 ἀνεπήδων ἀναβησόμενοι . . συνοισόμενοι. 545, 6 ᾔει . . ἐπιτρέψων . . κατηγορήσων. 552, 14 ἐξῄει διαλεξόμενος αὐτοῖς. 621, 6 τί . . ἐλαύνοι . . ἐλευθερώσων. ib. 12 ἀφίκετο συμπράξων. 736, 13—14 διεπλεύσαμεν . . παρασκευασόμενοι . . ἀμυνούμενοι. 878, 6 ᾔει πείσων. 891, 23 παρῆλθον . . δείξων. 953, 6 ἀπέτρεχεν ἐπείξων. 954, 23 ᾔει μισθωσόμενος. 1038, 15 οὐ γὰρ ἤλθομεν . . βιώσοντες. 1058, 5 ἐχώρει . . διανεμήσων . . καταλέξων . . συλλέξων. ib. 24 ἔδωκεν ἀντιληψόμενος. 1060, 13 διαδώσων . . ἄπεισιν . . ἀναστήσων. 1104, 1 οἰχήσομαι . . ἀγωνιούμενος. 1109, 13 μεταπεμφθῆναι . . ἀσπασόμενος. 1126, 13 παρεκάλει συμβουλευσόμενος. 1132, 5 ἐξέπλει . . ὑπαντήσων. 1139, 3 διέπλει . . συμμαχήσων. ib. 16 ἐχώρει . . διαιτήσουσα. 1164, 7 ἦλθε . . ὀνειδιῶν. 1166, 28 οὐδ' ἑτέροις ἐπέτρεπε διώκειν, εἴτε . ., εἴτε . . πρόφασιν ἕξων διαφορᾶς.

Atque his quidem locis casus nominativus participii legitur. participium enim finale ad subiectum pertinet. ceteri igitur casus finem exprimere non possunt, nisi nominativi vice funguntur. dativi unum inveni exemplum 454, 1 ἐφ' ἣν ὑμῖν ἀπολογησομένοις ἐπαγγέλλει παρεῖναι, accusativi tria. praesens cum futuro coniunctum est 702, 13—15 ὡς . . ἀμφ' αὐτὸν γενέσθαι . . τοὺς μὲν ἀμειβομένους . ., τοὺς δὲ χρηματιουμένους, τοὺς δὲ . . ἐξεργασομένους. praeterea futurum legitur 144, 26 ἥκειν . . μεριουμένους. 1164, 3 αὐτὸν ἔφασκον ἐλθεῖν . . οὐχ ἑαυτῷ κατακτησόμενον αὐτήν,

Verba finita spectantibus nobis id maxime erit conspicuum, praesens iis potissimum verbis adhaerere, quorum actio

aut est durans aut potest quidem intellegi permanens, ita, ut participium non rem futuram exprimere videatur, sed simul gestam cum actione primaria. cuius generis apud Appianum maxime sunt verba mittendi (scribendi, loquendi) et veniendi: πέμπειν, στέλλειν, ἀφικέσθαι, ἥκειν, ἔρχεσθαι (sed non ἀπεῖναι, παρεῖναι). at ubi verbo finito actio significatur cito transiens, futurum participii praevalet, etsi praesentis exempla non desunt. itaque potissimum cum verbis eundi et currendi futurum coniunctum est: ἰέναι, δραμεῖν, θεῖν, πλεῖν, χωρεῖν, ἀνίστασθαι, ἀναπηδᾶν etc.

Horum igitur participiorum finalium praesens multo praevalet. at ubi ὡς particula participio finali addita est, semper futurum invenitur. usitatissima est haec structura Appiano. centum duodecim enim eius exstant exempla. in verbis, quibus hanc particulam addere solet, non sibi constat scriptor. sola traiciendi verba semper cum ὡς coniuncta sunt: ὡς διαβαλῶν, ὡς περάσων novies 261, 5. 384, 20. 484, 10. 541, 1. 562, 3. 620, 7. 723, 9. 983, 8. 1004, 10. praeterea 21, 22. 49, 25. 75, 11. 76, 14. 81, 2. 125, 4. 145, 1. 158, 27. 182, 25. 197, 21. 200, 11—12. 231, 22. 323, 13. 364, 25. 366, 2. 374, 7. 386, 16—18. 388, 22. 446, 19. 464, 8. 466, 11. 476, 9. 480, 1. 484, 14. 489, 3. 541, 1. 549, 4. 574, 21—22. 576, 11. 588, 10. 592, 17. 596, 24. 602, 6. 609, 13. 619, 6. 636, 14. 641, 1. ib. 5. ib. 9—10. 650, 23. 655, 25. 656, 6. ib. 8. 660, 17. 673, 13. ib. 17. 676, 14. 688, 8. 690, 3—4. 691, 1. ib. 23. 723, 9—10. ib. 15. 746, 6. ib. 9. ib. 14. 755, 22. 767, 20. 768, 25. 771, 5. 779, 10. 803, 4. 814, 9. 846, 24. 862, 1. ib. 15. 864, 20. 875, 16. 878, 15. 879, 18. 882, 14. ib. 20. 883, 3. 904, 13. 907, 5. 922, 19. 975, 23. 994, 13. 1006, 26. 1029, 21—22. 1040, 2. ib. 4—5. 1047, 22—1048, 1. 1084, 8. 1085, 23. 1087, 11. 1113, 11. 1119, 19. 1120, 2. 1126, 17. 1148, 2. 1149, 1—2. 1151, 5—6. 1152, 17. ib. 20. 1158, 12. 1163, 2. 1172, 10—11. eadem lex, quam antea exposui de casuum ratione, huc quoque spectat. iis enim quos attuli locis nominativus legitur. accusativi tria sunt exempla 609, 10. 917, 5—6. 1118, 7. ceteri casus non inveniuntur. tribus locis etiam praesenti ὡς particula adhaeret 418, 15 Λεπτίνην δὲ οὐκ ἔλαβον, ὡς δή τι τοῦτ' ἔγκλημα τοῖς Σύροις ταμιευόμενοι. 1091, 21 ἔφη τεχνάζων . . διδόναι τὴν ἀμνηστίαν, ὡς χάριν ἐκείνῳ φέρων.

1099, 6 πάντας φέρειν ἐκέλευεν, ὡς ἐκλυομένους μύσος, quibus locis causalis et comparativa notio plus videtur valere quam finalis.

C. De futuro iussivo.

Futura est ea quoque actio, quam perficere iubearis. itaque non mirum, si Graeci mandatum iussumque futuri participio significaverunt. etiam his iussis Appianus praesens adcommodavit. ut enim pro intentione, ita etiam pro iussu agendi actionem ipsam expressit. pauciora tamen huius usus quippe audacioris sunt exempla. atque ut conatus sive finis eius maxime est, qui verbo finito significatur, ita 'qui iubetur', quoniam Graeci structuram passivam vitare solent, accusativo potissimum notatus est.

Nominativi tria inveni exempla 505, 23—24 ἐπέμφθη . . ἐρῶν . . συναλλάξων. 808, 1 ᾑρέθησαν οἱ πρεσβεύσοντες. utroque loco verba finita passivi sunt generis. necessitas uno loco significatur 1086, 16 καὶ ὧς μαχούμενοι 'cum nihilo setius sibi pugnandum foret, pugna instaret'. addi fortasse potest 215, 13—15 ἀφίκοντο . . πρέσβεις . . παραδιδόντες . . διηγούμενοι, similia. participio non minus studium legatorum quam mandatum significatur. nam ubi activi generis est verbum finitum, utrumque in participio potest inesse. praeter huiusmodi locos praesentis exempla non exstant. genitivus participii quattuor locis legitur. 874, 23 τῶν ἐπισκεψομένων ἀπεσταλμένων. item 1092, 9. necessitas indicatur 934, 22 χωρὶς τῶν ἀποθανουμένων 'quibus moriendum est'. tertio loco praesens 1122, 9 ἀπέφηναν . . ὑπάτους ἐς τετραετὲς Ἀντώνιον . ., ἀντικαθιστάντος ὁμοίως Ἀντωνίου ὃν ἂν βούλοιτο, ubi qui diligentiori dictioni studeret scripturum fuisse putes ἀντικαταστήσοντος, id quod Mendelssohn proposuit. dativi tria sunt exempla. 131, 1 νεώτερος τῆς νενομισμένης τοῖς ὑπατεύουσιν ἡλικίας. 571, 5 τὴν μὲν ἐξειργασμένην αὐτίκα τοῖς οἰκιζομένοις ἐπιδιῄρουν. 898, 4 δοῦναι τοῖς πρεσβεύουσι προσέταξεν 'iis qui legationem essent suscepturi'. futurum non adhibitum est. accusativus participii octoginta locis invenitur: praesens undecim, futurum sexaginta novem. primum afferenda sunt ἄγειν et φέρειν verba. sed plane discernendum

est, utrum ἄγων, φέρων quasi praepositionis vice fungantur, ut 367, 12 Τέστινον . . στρατὸν . . ἄγοντα ἐδίωκεν, an iussum exprimant ut 1124, 3 ἔπεμπε . . Φούρνιον . . ἄξοντα 'qui duceret'. utriusque verbi praesens legitur locis duobus. 351, 16—17 πρέσβεις . . ἔπεμψε τά τε αἰχμάλωτα ἀποδιδόντας αὐτοῖς καὶ τοὺς αὐτομόλους ἄγοντας 'qui redderent et ducerent'. haec quoque participia verbis mittendi potissimum adhaeserunt. 42, 8 Κινέαν ἔπεμπε . . χάριν ὁμολογήσοντα καὶ τοὺς . . ἀμοιβὴν ἄγοντα . . πράξοντα. praesens cum futuro coniunctum. item φέρειν bis. 84, 18 Λαίλιον προύπεμπε δωρεάς τε φέροντα καὶ . . ὑπόμνησιν . . καὶ δέησιν = αἰτήσοντα. 775, 6—7 πρέσβεις ἔπεμπε . . στέφανόν τε . . φέροντας καὶ ἐς γάμον . . ἐγγυῶντας. 187, 7 αὐτόμολον ἔπεμψε δηλοῦντα ὅτι . . ἔρχοιτο. 604, 4 πέμψασι δ' αὐτοῖς πρέσβεις αἰτιωμένους ὅτι. Mendelssohn αἰτιασομένους[1]. 1139, 20 Καλλίαν . . ἐκπέμψαι, συντιθέμενον τῷ Λεπίδῳ. quin etiam cum articulo conexum habemus 594, 2 περιέπεμπε τοὺς ἐξαγγέλλοντας. non eiusdem generis sunt cetera exempla tria 573, 18 τὴν λοιπὴν τρεῖς αἱρετοὺς ἄνδρας, ἐναλλασσομένους κατ' ἔτος, διανέμειν 'qui mutarentur'. 1114, 11 πολεμεῖν . . Παρθυαίοις δὲ Ἀντώνιον ἀμυνόμενον τῆς . . παρασπονδήσεως: mandata Antonio ultio significatur. 1144, 9—10 ἐς τάδε διορθούμενα τριάκοντα ἡμέρας ἀναλώσειν ἔμελλεν: his rebus ordinandis triginta dierum spatium tribuit. cetera participia sexaginta novem sunt futura. 21, 5. ib. 12. ib. 19. 42, 7—9. 51, 11. 57, 6. 100, 5. ib. 23. 127, 3. 154, 2. 168, 5. 175, 11. 193, 7. 198, 4—5. 205, 24. 233, 9. 322, 2. 327, 12. 350, 23. 354, 6. 357, 9—10. 424, 15. 445, 21. 466, 20—21. 474, 3. 522, 15. 542, 22. 552, 9. 647, 12. 702, 14—15. 799, 6. 922, 5. 990, 22. 1005, 17. 1013, 15. 1032, 20. 1048, 18. 1065, 9. 1073, 2. 1076, 21. 1096, 19. 1117, 19. 1118, 5. 1124,

---

[1]) Eo minus dubito, quin participia haec non librariis, sed ipsi scriptori tribuam, cum etiam in enuntiatis relativis iis, quae his participiis respondent, actio ipsa expressa sit pro iussu agendi. 259, 15 πρέσβεις ἔπεμπον, οἳ κατηγόρουν μὲν αὐτοῦ . ., κατηγόρουν δὲ καὶ κ. τ. λ. 260, 20—21. 265, 5—6. 329, 5—6. 333, 17 etc. futurum 446, 4 πέμψαι πρέσβεις, οἳ διαλύσουσι τὸν πόλεμον. neque scriptoribus optimis hoc alienum. cf. Thuc. VII 25, 9 ἔπεμψαν . . πρέσβεις . ., ἀγγέλλοντας . . δηλώσοντας . . καὶ ἀξιώσοντας.

3. 1138, 13—14. 1145, 11—12. 1166, 10. duobus locis ὡς particula addita est 41, 5. 77, 8. usitatissimum denique, ut iussum significet, Appiano est participium cum articulo coniunctum undeviginti locis. 21, 10 πέμψειν τοὺς συνθησομένους. 143, 25. 201, 15. 240, 13. 291, 9. 484, 9. 496, 9. 506, 12. 642, 11. 745, 13. 862, 19. 863, 18. 923, 6. 947, 1. 1079, 13. 1098, 13. 1127, 13. 1134, 10. 1164, 19. participium necessitatis 935, 16 τοὺς ἀποθανουμένους συνέγραφον.

Nondum attigi quartum genus actionum futurarum. futuro enim is quoque significatur, qui facere aliquid possit velut Plat. Lach. 124 D τοῦ διακρινοῦντος δοκεῖ μοι δεῖν ἡμῖν ἡ βουλή. rarissimus hic usus est apud Appianum. duo enim eius sunt exempla 896, 14 ἀπορούσης τῶν . . ἀμυνούντων et 1170, 23 ὅσους δὲ οὐκ ἦν ὁ ληψόμενος.

D. Num haec praesentis participia inter errores librariorum sint numeranda.

Restat, ut quaeramus, num ex scribendi errore haec praesentis participia nasci potuerint. nempe hac Mendelssohn opinione ductus quibusdam locis futurum commendavit. grave contra argumentum ducendum est ex librorum manuscriptorum consensu. perpaucis locis variae codicum exstant lectiones, cum maxime in A errores orthographici inrepserint. 443, 27 Μηνᾶν τε αὐτῷ συμπρεσβεύοντα ἔπεμπε solus A, ceteri συμπρεσβεύσοντα. recte editor futurum praeferendum censuit, quoniam ante vidimus, accusativi illius usum non fuisse frequentem. 1018, 21 idem A ἴωμεν . . στρατευόμενοι, ceteri, in his V, στρατευσόμενοι, quod recte Cobet (Mnemos. X p. 224) defendit. antea enim vidimus, verbis eundi maxime adhaerere futurum. tertio loco 1037, 15 εἰδότες οὐ μαχόμενον A, μαχούμενον ceteri, quod restituendum. at 1032, 11 προσέθει τις ἀγγέλλων οἱ certe praesens servari oportuit, nam etsi in A et i alterum λ omissum sit, tamen accentus in iisdem positio praesens tempus indicat. futuri formam non attingunt errores 604, 4. 285, 24. accedit, quod non tam praesentis et futuri est inconstantia, quam aoristi et futuri. nam cum illius generis exempla quattuor exstent, huius quattuordecim sunt. 240, 13. 489, 10 κτενοῦντας O, κτανόντας i. solum κτενοῦντας probari potest. hoc enim voluit scriptor: hostes auxilio vocarunt, qui eos erant interfecturi. neque igitur κτείνοντας quam ob rem Mendelssohn coniecerit adsequor. 496, 9. 545, 6. 727, 17. 736, 13. 901, 15. 1138, 13. his igitur octo locis aoristus errore inrepsit in libros, aliis locis sex invicem futurum scriptum est, ubi aoristus postulatur. 29, 4. 41, 6. 570, 14. 828, 17 ἐξώλεις εἶναι τοὺς οὐκ ἀμύναντας αὐτῷ A i, ἀμυνοῦντας V, quod non utrumque, sicut Mendelssohnio videtur, bonum est, immo solus aoristus admitti potest, cum futuri exacti vis insit in participio, cuius vice futurum fungi non posse supra demonstravimus. 991, 15. 1064, 24. itaque cum non tam praesentis quam aoristi et futuri sit confusio, exiguus ille errorum numerus comparatus cum magna illa exemplorum a libris congruenter traditorum copia paene nullius momenti est. sed faciamus potuisse depravari haec praesentis participia ex futuro, cum saepe formae utriusque temporis simillimae sint, cur nusquam pro praesenti futurum positum est propter eandem formarum similitudinem? ego nullum huius generis inveni locum; perperam enim Mendelssohn 1086, 16 γνώμην ἐποιοῦντο . . βαδίζειν καὶ ὡς μαχούμενοι mutari voluit in μαχόμενοι. nam sententia scriptoris est haec: cum nihilo setius sibi pugnandum foret, pugna instaret. neque igitur constat sine futuro. denique si praesentis haec participia librariorum neglegentiae tribuenda sunt, cur futuri participia cum ὡς particula coniuncta — nimirum ὡς dico finale, nam ὡς causale et comparativum cum praesenti coniunctum exstare antea vidimus — nusquam fere eorundem neglegentia in praesens mutata sunt? paucissima aliqua labe adfecta sunt. 21, 23 ὡς . . ἀμυνομένου excerptorum codices traiecto ου ex tertia syllaba in finem vocabuli, nam ἀμυνούμενοι postulatur. locum alium 225, 17 perperam temptavit Reiske. 23, 22 ὡς . . συναλλάξαν BV, ubi συναλλάξων sensus postulat. his quoque in participiis aoristi et futuri fluctuatio praevalet. 597, 10 ὡς . . ἐργασάμενος A exhibet loco futuri, quod ceteri iure retinuerunt.

His de causis praesentis illa de quibus egimus participia non inter errores librariorum, sed in ipsius Appiani numeranda sunt proprietate.

VITA.

Friedericus Otto Hermannus Berg Barmensis natus sum die XXI mensis Februarii a. h. s. LIX patre Roberto, quem lugubri fato iam puero ereptum esse vehementer doleo, matre Emma e gente Fues adhuc superstite. fidem profiteor evangelicam. patre mortuo mater a. LXV Neowedam migravit. ibi litterarum primordiis imbutus inde ab a. LXIX usque ad a. LXXVI fui inter discipulos progymnasii. vere a. LXXVI adii gymnasium Gueterslohense. maturitatis testimonio munitus a. LXXVIII vere universitatis Marburgensis civibus adscriptus sum, ut philologicis et historicis studiis operam darem. docuere me vv. dd. Birt, Caesar, Dietzel, Heppe, Niese, Rein, Schmidt, Varrentrapp, Westerkamp. exercitationibus philologicis me admisit Birt. ibidem per duo semenstria feci stipendia. auctumno a. LXXIX Berolinum profectus per sex menses huius almae studiorum sedis civis fui. docuerunt me vv. dd. E. Curtius, G. W. Droysen, Steinthal, de Treitschke. exercitationibus palaeographicis me admisit Wattenbach, historicis Nitzsch. inde vere a. LXXX almae universitatis Bonnensis subii disciplinam, qua ad hunc usque diem licuit frui. tamen per primos menses sex quominus studiis operam darem gravi oculorum inflammatione impeditus sum. docuere me vv. dd. Bender, Buecheler, Lamprecht, Luebbert, J. B. Meyer, Maurenbrecher, Ritter, Schaefer, Usener. postquam in proseminario quod dicitur philologico per tria semenstria Leone, Luebberto, Buechelero praeceptoribus antiquos tractavi scriptores, ut in seminarium reciperer eiusque per duo semenstria sodalis essem ordinarius Buecheleri, Luebberti, Useneri singulari erga me benevolentia factum est. seminario historico comiter me admiserunt per quinque semenstria Schaefer, per unum Maurenbrecher.

Quibus viris omnibus optime de me meritis gratias ago quas debeo maximas, praecipue vero pio gratoque animo semper mihi colenda erit memoria Buecheleri, Luebberti, Useneri.

SENTENTIAE CONTROVERSAE.

1) Appian. Syr. 8 (p. 377, 14) scribendum ὃ (ἃ libri) καὶ μετ' ὀλίγον ἀνέτρεψε τὴν Καρχηδόνα.
2) Ib. 26 (p. 396, 2—3) legendum κτείνας δ' ὅσους ἐδύνατο ὡς ἐν ἐπιθέσει (ἐπιδείξει libri) ταχείᾳ . . ἐπανῄει κατὰ σπουδήν.
3) Perperam Baehrens carmina anthologiae latinae 239 et 442 (Riesii) in unum coniunxit 52 (Baehrensii), idem carmen in codice Salmasiano integrius servatum esse ratus quam in Vossiano.
4) In carmine codicis Vossiani 412, 15 (R.) = 22, 15 (B.) legendum 'sed tu per potum (totum V) dicis vinumque'.
5) Ludovicus Herbst (Philol. 40 p. 357 ss.) verba ἓξ ἔτη καὶ δέκα μῆνας (Thuc. V 25, 3) sana esse non demonstravit.
6) Oratio Lysiae duodecima habita est cum rationem redderet Eratosthenes de magistratu suo (Andoc. de myst. 90).
7) Nego Nettleshipium Baehrensiumque iure Verg. Catal. 12 (= 3 Baehrensii) ad Phrahatem rettulisse.
8) Ib. 13, 5 (= 4, 5 B.) 'divi divumque sorores' quod est in codice Bruxellensi non est mutandum.
9) In Philippi epinom. p. 975 C λεγομένη quod est in Parisino A bene habet. praeter rem Cornarius et Stallbaum γενομένη.
10) Recte Ernestus Curtius (hist. graec. p. 84. Pelop. II p. 559 adn. 6) exposuit, Pelopidas cum Achaeis Phthioticis coniunctos in Peloponnesum migrasse.
11) Pollux cum ephetas ab Draconte institutos esse diceret (8, 125), errasse putandus est.
12) Recte Grosser (Die Amn. d. Ath. v. J. 403. 1868) contendit amnestiam Atheniensium putandam esse pactio-

nem illam inter exules et urbanos Pausania auctore factam iureque iurando sanctam post reditum.

13) Quod Alexander regiam Persarum incendio delevit, ei rei nimium momenti tribuit Droysen (Gesch. d. Hell. I^2 p. 316—366).

14) Scipionem minorem Semproniae uxoris opera interfectum esse Carolus Neumann (Gesch. Roms p. 213—221) non probavit.

15) Imperium per papam a Graecis ad Francos translatum esse iam medio saeculo duodecimo propositum est.